501

No. Q.405.99
The Public Library of the City of Boston.

7/7/-

Auctores Vetuſtiſſimi Nuper in lucem editi.

Myrſilꝰ Leſbiꝰ Hiſtoricꝰ de origĩe Italiæ & Turrenoꝝ.

.M.Porcius Cato de origine gentium:& urbiũ Italicaꝝ.

Archilochus græcus de temporibus

Metaſthenes Perſa de Iudicio tẽpoꝝ & Annaliũ Perſarũ.

Philonis Breuiarium de Temporibus.

Xenophon de Aequiuocis.

.C.Sẽpronius de chorographia ſiue deſcriptione Italiæ: & eius origine.

.Q.Fabiꝰ Pictor de aureo ſæculo:& de origĩe urbis Ro.

Antonini Pii Itinerarium.

Beroſus Babylonicus:dignitate chaldæus de Temporibꝰ cui titulus eſt Defloratio Beroſi chaldaica. Hunc autẽ librum ſcripſit Atheniẽſibus ad emendandos Antiqtatum complurimos errores.

Manethonis Aegyptii Hiſtorici Supplemẽtũ pro Beroſo

Decretum Deſiderii regis Italiæ

MYRSILI LESBII HISTORICI DE ORIGINE ITALIAE ET TVRRENORVM LIBER.

Caput.I.

ITALIAM coluere Græci: Arcades: Veneti: Lygures: Ardeates: Rutuli: Siculi: Pelaſgi: Iapiges: Lacedæmones: Salẽtini: Pelii: Eniani: Achei: Oropitæ: Pilii: Piſi: & eiuſcemodi. Horum primus Enotrius Arcas cum Peuccino fratre colonias tranſportauit ubi habitabãt tũc dicti Auſones: ubi nunc Enotria regio eſt: e regione Peuccinorum: Hæc fertur prima colonia ex Græcis: paulominus quindecim ætatibus ante ruinas Troiæ.

Caput.II.

Turrenis originẽ quidẽ ſuſpicant̃ fuiſſe a Lydis. Exiſtimãt enim Atu regi Meoniæ ꝓpugnato Herculis & uirginis Omphales filiæ Iardanæ reginæ Meonũ: fuiſſe geminos Lydũ & Turrenũ. Cũ regnũ neq; duos caperet: & neq; terræ ſterilitas ingentem multitudinẽ pateretur ſorte Ato iacta: Lydũ ſucceſſorẽ deſignauit: Turrhenũ uero cũ maiore parte populi ad quærẽdas nouas ſedes foras abire iuſſit. Is in ſeptẽtrionalem Thyberis partẽ ueniens: eiuſq; totã medietatẽ a fontibꝰ uſq; ad locũ ubi erat priſcis Vmbris habitatio tenuit: & cũ eis cõſedit & cohabitauit: & urbes dictas hactenus Meonias & Turrhenias ædificauit.

Caput.III.

Sed hi aperta mẽdacia fingunt. Nã de gentis antiquitate & origine magis credit̃ ipſi genti atq; uicinis q̃ remo-

tis & externis. Magis igit̃ credit̃ ipſis Lydis & Turrhenis atq; his uicinis Romanis: & q̃ cõſentiũt in eoꝝ patria hiſtoria & origine: q̃ qbus uis aliis q̃uis alias eruditiſſimis.

Caput. IIII.

Cæteꝝ quæcũq; hi patrii hiſtorici dicũt: aduerſant̃ ſupradictæ traditioni de Turrheno Meone. Eteni Xanthus Lydus in patria hiſtoria: nullũ Turrhenũ Aty fuiſſe ſcribit: ſed geminos Lydũ & Torebũ: a qbus Lydos & Torebos in Aſia populos eſſe tradit: in nullo penitus differentes: niſi quadã ꝓlatiõe: & quidẽ parua ut Dores & Attici. Quis ergo ex Lydis hiſtoricis Turrhenum filium Atus & fratrem Lydi: miſit in primã medietatem thyberis: ubi antiquiſſimis Vmbris fuit priſca habitatio.

Capũt. V.

Quũ etiã ſiqd tradit de bello pelaſgico Xanthus: aſſerit pelaſgos antiquiores Atu: aggreſſos bello Thuſciam: quæ quondã Vmbria dicta eſt occupaſſe Crotonem: inde Thyberinã regionẽ inuadẽtes ẽt ipſam Turrhenã cepiſſe: & cum Turrhenis cohabitaſſe: & ab eis plurimã militarẽ pitiã didiciſſe præcipue nauticã: qua tũc toti orbi erãt admirabiles: de qbus fabulant̃ græci: q̃ in delfinos uerſi ſũt: qui nauib9 alludũt: & his ſocii fiũt. Re. n. uera tũc Delfini ob pyrraticã ſimul & dominiũ maris dicebant̃. Erãt. n. claſſe potẽtes: & undiq; colonias trãſportabãt. Argumẽto ſunt q̃ Turrheni dicunt̃: in inſulis Atticis & faucib9 Thraciæ. Nãq; Turrhena ſimul lingua: & cũ qbus habitãt loquunt̃: & eoſdẽ deos ut Turrheni colũt: & eiſdem litteris utunt̃. Quare non pñt dici ab aliquo Atus filio: qui ante Atum Pelaſgũq; regẽ inueniunt̃ dicti Turrheni: Et mul

tarum coloniarum auctores eodem nomine atq; ritu: ante Atum præſcriptarum. Hæc a Lydis didicimus.

Caput. VI.

Nunc qd de ſe Turrheni dicãt eſt inferendũ. Primũ rident ſe ab aliquo aduena denoĩatos: q ſe ſolos indigenas in Italia exiſtimant: atq; a ũetuſtiſſimi dei ſui quẽ Ianum Vadymõna uocant filio Razenua nominãt. Tetrapolim quoq; ſuã Eturſiã eiuſq; partẽ Bolturſenã: Betuloniã Tuſſam: & Harbanũ cognomine Calumbũ a luco nũcupãt: eãq; a ſuo deo aureo ſæculo mox poſt inundationẽ terrarũ nedũ ante Atũ conditã aſſerũnt. Nam & ab inundatione ipſa ſuũ agrũ ſua patria lingua uocãt Saleumbrone: ubi primũ geniti Vmbri. Producũt quoq; ſuæ uetuſtatis ueſtigia multa: ut deos: ritus: mores: litteras: leges. Quæ profecto oĩa congruũt his quæ ꝓbatiores Græci hiſtorici tradunt. Scribũt. n. ſolos Turrhenos in Italia uetuſtiſſimos eſſe: qui neq; ab aliis pendẽt origine: neq; ut cæteri cõuenæ & aduenæ: ſed ꝓpria regione ſe oriũdos: quãdoquidẽ uetuſtiſſimi differũt deis & moribus nedũ ab aliis Italiæ populis: ſed etiam a uicinis Crotonienſibus & Peruſinis a fronte & a ꝓximis Phaliſcis a tergo: quos inter medii iacent. Nam cunctis Thuſcis dii deæq; ſunt Iuppiter & Iuno: ſoli Turrheni colunt Ianum & Veſtã: quos lingua ſua uocant Ianib Vadymõna: & Labith Horchiam.

Caput. VII.

Ipſi quoq; Romani fatent̃ Etruſcos eſſe uetuſtiſſimos & aureo ſæculo natos: a qbus aras ritus: diuinationes: colonias & diſciplinas habuit priſca Italia initio ſumpto a prima eorum tetrapoli dicta Etruria: a qua illos Romani

Etruſcos cognominant.Non eſt igitur aduerſariis ulla uia qua probent eos Turrhenos a filio Atus habere uel nomẽ uel originẽ: ſed id nomen deſumpſiſſe a Turſibus:qa ipſi Surſes & Surſenas ſi ſunt urbes pontificiæ:& Turſes ac Turſenas ſi

Caput.VIII.

Quod ſi etiam ad hos uenit Torebus filius Atus:utiq; non ab eo aduena nominati ſunt Turrheni indigenæ:ſed ecõtrario ab eis Terobus fuit cognominatus Turrhenus a Græcis.Igitur &ſi totã Italiam coluerint Græci:ut noſtri tradunt:ex ipſis tamen Lydis & Turrhenis uiciniſq; Romanis:falſa eſſe oſtendimus:quæ cõtraria his de Turrhenis multi ut diximus conſcripſerunt. Finit.

.M.Porcii Catonis De Origine gentium & Vrbium Italicarum fragmenta.

GRæci tam impudenti iactantia iam effundũtur:ut quoniã his dudum nemo reſponderit:ideo libere a ſe ortam Italiam & eandem ſpuriam ſimul & ſpurcã atq; nouitiam:nullo certo auctore aut ratione ſed per ſolã inſaniã fabulentur. Quã ob rem nũc ut cæteris latinis uiã faciã: quæcũq; memoria ꝑdita gentibus Italiæ ſunt & nũc Romano impio ſubditis diis uolentibus ſcribere inſtituo.

Italiæ ſplendidiſſima origo fuit:tum tẽpore tũ origine gẽtis.Cepit enim aureo ſæculo ſub principibus diis Iano: Cameſe:Saturno gente Phenica & Saga:quæ poſt inundationem terrarũ per orbem prima colonias miſit. Et de

mundi quidem origine autores non paria ſentiunt. Nam Chaldæi ſibi ſempiternitatẽ perſuadent. Phenicibus uero ac Sagis magis placet origo. Inter utroſq; conuenit ante Nynum circiter annis quinquaginta & ducentis: quibus durauit aureum ſæculum: terras fuiſſe inundatas: & in Scythia Saga renatũ mortale genus. Siue enim ab æter/no mundũ exiſtimes: & ignis principio cuncta tenuerit: & ſenſim in ſua loca elementa coeuntia homines produ/xerint: ſiue ut fertur ante aureum ſæculum terras ſubru/tas inundatio poſſederit: & exſiccata humo apparuerint homines; equidem principatus originis ſemp̃ Scythis tri/buitur: a quibus auctis colonias per orbem miſſas ferunt.

Et ex his ueniſſe Ianum cum Dyrim & Gallis proge/nitoribus Vmbrorum rateq; cum coloniis per thyberim uectum: ad leuum thyberis Etruriam tenuiſſe locum: ubi colonias incontinente primum expoſuit, & ipſum deum ſimul Vaticanum habitum dictumq; fuiſſe. Et regionem Vaticanam ideſt uagicanam dictam: ꝙ ibi Ianus quaſi in cunis natam primumq; uagientem Italiam exceperit: Inde cum coloniis a Vagicano progreſſum in tractum Vmbriæ fundaſſe regiam & fani Olympum foſſamq; ſa/craſſe: & Auguſtalem Turrhenam: non longe a regia di/caſſe: ubi ad ſalutandum regem .xii. coloniæ nonis luna/ribus conuenirent. Inde duodenis coloniis faſces ad con/tinendos rudes ſcribunt ſingulo prætoriano lictori: qua/tuor & uiginti armatis ingenuis diſtributis. Eas poſuit Colonias ad ripas quidem thyberinas Ianiculum: & Arin Ianum: ad ripas Arni totidem pheſulas: & id idem Atyn Ianũ. Ad littus Etruſcũ quatuor: pheregene: Volcen: Vo/

laterra:Cariara:quæ & latine luna. In mediterraneis quatuor:Ogygianum:Aretium:Roſellas:Volſinium. Paulo poſt dextrũ thyberis latus regulis ſuis permiſit. Cameſi a quo Cameſenæ duæ:& Saturno a quo Saturnia olim qđ nũc Capitoliũ:& ab ea late Saturnia terra. Hæc prima fuit aurea illa ætate:& quidem anguſtiſſima origo Italiæ.

Caput. XII.

Italia cõplura a diis & ducibus ſortita fuit nomĩa:a Iano quidem Ianicula:quem quidã Enotriũ dictum exiſtimant:quia inuenit uinum & far. Cameſena a Cameſe: & a Saturno Saturnia:Saleombrona quoq; a gẽtilibus. Durauit Saturnia nomen totidem ferme annis quot ante aurea ætas uſq; ad Apim deoꝝ Italiæ ultimũ: ut Antiochus Syracuſanus ſctibit:a quo Apenina quã Taurinã idẽ ĩterpretatur:& ſi græci de more quidã a bobus Herculis:uel quos opimos gignit italia ut ait Hellanicus: aut a Vitulo egreſſo:ut Herodotus uel quidam græci boues uocant italos:ut fabulator Timæus:dictam exiſtiment. Inde a duobus fratribus altero Heſperia:altero Italia poſtremum nomen retinuit. hiis nominibus principio nũcupata fuit Italia circa tyberim:ut qui inter omnes Italiæ amnes:in omniũ deoꝝ & principum tutela eſſet:atq; imperii totius ex his cõmunis ſedes:a quo in principio & origine ipſa Italiæ Albula nomen a Ianigenis habuit. Diuiditur autẽ in Apeninos montes:& ciſapeninam & tranſapeninã Italiam.

Caput. XIII.

Alpes omnes Italiæ colonias fuiſſe Thuſcorum incolæ aſſerunt:& ab ipſis uel ducibus uel capitibus originũ:nomina gentibus & locis indita:ut Rhetii a Rheto rege Ly-

dorum:& Veronenſes:a uera colonia Thuſca:Comenſen/ſes a ſani regiis Volturrenis a quibus uallis Volturrena: & Oſci a quibus Oſcela. Hiſtria quoq; a duce miſſo a Iano nomen retinet. At Græco℞ quidam ſcribunt dictum ab Iſtro amne cognomine Danubio:cui Dane gentes accolæ nomen impreſſere:fabulanturq; ramũ ex eo in Hiſtriam effluere:inq; Hadriaticum mergi. Fingunt alii Argonauim in Hiſtriam primũ ab Iſtro e montibus humeris uectam:& in Hadriaticum demiſſam. uidelicet tanta eſt in mentiendo Græcorũ uanitas ſimul & leuitas:ut ab hiſtri oſtiis ad eius fontes immenſa gentium ſpatia tranſuolarint: & amnes etiam obſtantes tranarint:& humeris ea conuecta cõnauigarint:ut etiam in Italia mentiendi ſibi loca inuenient. Neſcio Argonaui ne Græci aquas:an Argonauis humeris montes nauigarit.

Venetia eſt omnis ora circum ſinum maris poſt Hiſtriam uſq; oſtia Padi. Quibuſdam placet a Tylauento illos exordiri. Nam Tauriſanos Perſæ gentẽ ab Api duce cõditam aſſerunt. Venetis cunctis prima origo phaetonthea eſt: quæ Græcis occaſionem mentiendi de phaetonte & Eridano præbuit. Poſterius mixta his nobilis ſtirps Troiana:a q̄bus Patauiũ ſuo cõditore inclytum.

Omnia ſub Alpibus tranſpadana loca priſci conuenæ Thuſci miſſis coloniis tenuere:ab hiſq; multa loca nomina retinent. Plura deleuerũt Galli:qui primi Arunte Cluſino duce alpes tranſcenderunt:& ſenſim ab omni Gallia ciſalpina Etruriam pepulere:ab hiſq; nomen ſortita retinet Gallia ciſalpina:qua Mantua ſuo cõditore Ocno Bianoro & Thuſcorum rege illuſtris. Penetrauere tranſalpes

Boi:Senones:Inſubres:& aliæ galliæ trāſalpinæ gentes. Gallia ciſpadana olim Bianora a uictore Ocno: poſtea Felſina dicta uſq; Rauēnam:nunc gallia Aurelia & Emilia a Romanis ducibus nomen habet. Princeps metropolis Felſina primum a rege Thuſco conditore: Inde a ſucceſſore Bono Tuſcanienſi Bononia dicta. Spiretum padi oſtium a Pelaſgis conditoribus Spyra dictum:& a Diomede inſtauratum. Nouaria ante ab Herculis Aegyptii nomine Lybia:& a cognomine Aria Aegyptio uocabulo Leonina:ſed a Lyguribus inſtaurata:nouaria dicta eſt. Olanum ante ab Thuſcorum duce:qui cum Oropiis coloniis ibi primus inſedit: quorum origo incerta uti Comi:Bergomi Lycinofori:& aliquot circa populorum: inde ab inſubrium principe nomine Medo adaucta: Mediolanum nomen ſeruat. Padus ante a duce Coloniarum Eridanus: ſed a profunditate Botigon ab Etruſcis:& Botigum a Lyguribus:& a circa arbore Picea: Gallice Padus nuncupatur. Poſt Padi oſtia Rauēna: Sabina ſtirps. Interiit Saga oppidum Etruſcorum: uti & Atria:a quo mare Atriaticum:quod nunc Hadriaticum. Gallia flaminia a Rauēna ad Ariminū:a comitibus Herculis conditū:a quo cognominatur. Ab eo ad Anconā Senegallia a Senonibus dicta pulſis Etruſcis:nunc Gallia Togata.

Sequitur fragmentūm hoc paruum.

Ancona prius Picena uocabulo Etruſco ſimul & Aboriginum dicta.

Galliam Togatam primi coluere Lyburni & Siculi: quos pepulere Vmbri: hos Etruſci trecentis & amplius

eorum ualidiſſimis oppidis iuſti more belli expugnatis. Eos tandem uicere Galli. Piceni lingua Etruſca genus ſacrum dicitur orti a Sabinis. A Picenis ad Garganũ montem aliis & aliis temporibus diuerſæ gẽtes tenuere. Marſia duce Lydorum in quibus Aſculum: Precutii: in quibus Hadria ſiue Atria. Veſtini: in qbus Amiterni. Marrucini & Peligni in quibus Curſellum. Orton & Sulmo. Frentani primũ a Lyburnis & Dalmatibus: inde his pulſis a Thuſcis orti: quorum lingua Larinum metropolim uocauerunt; ideſt nobilem principem. Laronẽ enim Etruſci & Larunem & Arunem uocant nobilem principem. Inde in tranſpadana Larium lacum: & in Thuſcia Larones amnes: & Arunes coloniæ: & uiri Arunes: quos Thuſci ſecũda declinatione: Romani & Græci ſicut Atlas tertia declinant & proferunt Aruntes.

A Gargano ad Brunduſium coluere Celii: unde Apuli Daunum Apuli Boi: in quibus Arpe: Canuſium Barariũ. Sub his Apeninus ex tranſuerſo diuidit in duo fines Italiæ: quos inter Tarentinus ſinus iacet. Circunq; ipſum undiq; e magna Græcia Ad orientẽ uero magnæ Græciæ pars eſt Enotria Arcadum: & Calabri prius Auſones: ad quos Græca uerboſitas fert ueniſſe primam Græcorum claſſem annis ferme quatrincẽtis ante ruinas Troiæ: cũ Enotrium ducẽ Arcadũ poſt Troiam conditã adnauigaſſe in Calabriã tradat Antiochus Syracuſanus: & circa orã maritimã poſuiſſe colonias. Et ut parcius mentiantur Græci: ab eo quondã dictam Italiam Enotriam ſcribunt: cum ab initio Italiæ a uetuſtiſſimo rege Sabinorum & Etruſcorum penes quem erat imperiũ id nomen ſortita fuerit.

A leucoperta ad Sarnum amnē uicinū Neapoli tenuere diuerſi populi Vmbri: Itali: Samnites: Siculi: Peucini: Picentini & Etruſci: quorū urbes ſunt Cluſium: Peſtum: Elea nunc Velia: Inter amnem Volturnum & montes Apenini. Sabelli ſunt proles Sabinorū: ut nomē eſt argumēto: a Latinis Sānites: a Græcis Saunites appellati.

A Thyberi ad Sarnum incoluere primi Aborigines proles Vmbrorum. Princeps his urbs uetuſtiſſima Camerena a Cameſe condita: non procul ubi poſtea Alba Thuſci his admixti: Oſci qui nunc Capuani. Voloſci quos uocamus Volſcos: quibus metropolis fuit Anſur nunc Taracina: Stabia: Antini: Hortenſes: Longhani: Oſcori: Macrani: Nuetini latine grauiſcæ. Picenti: Sorani: Pherentinates: Phregenates: Sanguini Thuſculani: Certinenſes: Vrſentini: Volcentani.

Roma principio ſui paſcua bobus erat. Circum thyberim ſeptem rupes ſibi perpetuæ in Erniddo ſuccedentes: cauis paruis diſtinctæ erant: ſub quibus alueum thyberis quandoq; egreſſus paludes in planiciem rupibus ſubſidētem inferebat. Saturnus primus incoluit Capitolium: Italus Auentinum: Roma palatium. Celius cum Tuſcis Celium & Viminalem: Romulus cum palatio: in quo quadratam Romam condidit etiam Exquilinū tenuit ab Excubiis dictum: quas illi Lucumo dedit more Thuſco. xii. lictorum ideſt trecentorū armatorū ad cuſtodiā corporis ſimul & dignitatem: quia Tacius non erat ſine ſuſpitione infidæ ſocietatis.

Etruria olim Italiæ princeps ab eorum metropoli regia ſic cognominata: a Thyberi in Macram diffunditur.

Gens prima illorꝫ maritima Lygurum dicta a filio phae/tontis Lygure quẽ montani Lygures pheriton nuncupat. Poſt thyberina oſtia pheregene primum Etruriæ oppidũ in uicino littore dictum a genio Iano qui prmus ibi colo/nias poſuit:& a pheritone ideſt Phaetõte q colonias adie/cit:uti in Luguria mõtana ubi a genii coloniis genua op/pidum:& ab adiectis pheritianis id idem coloniis: amni proximo & regioni phæretianæ nomen reliquit. Primus omniũ græcorum Phaeton ex Actica ſoluens cũ Lygure filio multis ætatibus & ſæculis ante Enotrium Arcadem colonias adiecit Italico littori:ab oſtiis thyberinis uſqꝫ ad Niceam Maſſilienſium:& in medio portum Lygurnum a filio nuncupans:ultro citroqꝫ litus omne Lyguriam di/xit. Verum etruſci & eos ſecuti Romani ab oſtiis Thyberi nis Etruſcum uocauerunt uſqꝫ ad caput Etruriæ. Inde Po pulonicum ab urbe metropoli Popium Romãe Puppiũ. Poſtremo a Lygurno portu ad Macrã:ad cuius fontes eſt Apua oppidum: Apuanos Lygures uocant:montanos ue ro omnes Lygures qui a Macra in Niceam effunduntur. In montanis lyguribus ſunt portus Herculis ægyptii. Nã Lybarnũ in hiis eſt a nomine ſimul & cognomine illius. Græci:ubicunqꝫ nomen Herculis audiunt:putant eſſe ſu/um a nomine ſumentes argumentũ: cum tamen ille neqꝫ nomine Lybiꝰ:a quo deuicti Lybii:ſed Alceus dictus ſit: neqꝫ dictio Hercules ſit græca ſed ægyptia. Nam illi He/raclio ideſt Iunonis gloria cognomen fuit.

Gens prima etruriæ maritima eſt. Oppida in his Phe/regene Alſium:Agilla quæ & cære:a Pelaſgis conditum. Pyrgus:Grauiſce ab aere dictũ: Coſe:Volce:Thelamon:

ab argonautarum principe cum in Etruriam ad Lucumo nes profectus Hercules Alceus lacum cyminiũ effecit. & puella Faula ſubrepta ex Fano ad Euandrũ perrexit. Vm bro fluuius limes tractus Vmbroꝵ: Caput Etruriæ limes Etruſcoꝵ Phaliſce: Populoniũ nauium & claſſis Etruſcoꝵ olim princeps. Volaterræ & uada eius. Piſa condita a Pi‐ ſis alpheis pelaſgis. Luca illuſtris Lukio Lucumone rege Thuſcoꝵ. Lucus & montes Feroniani. Luna: Cariara ab Etruſis dicta: a græcis Selene. Apua in trãſitu Apenini ãd fontes Macræ: unde apuani Lygures ab arno ad Macrã.

A Thyberi ad cyminia iuga: ſecunda gens Thuſciæ eſt: cognomine a Thuſcis Lartheniana: ideſt metropolis Eniana. Larthem enim ſummũ regum uocant. Enianum uero urbs in ea ab Enetanis pelaſgis condita: quam Vei Etruſci pulſis pelaſgis ampliatam: a principatu ꝓuinciæ ſimul & conditoribus priſcis Larthenianum. Romani ue‐ ro a genere populi Veiens uocauerunt. Oppida in his ſũt Sabum in Sabatia a Sabo conditum: Larthenianum co‐ gnomine Veiens. Nepe fallaris. Soracte: Phaliſcoꝵ mons apollini ſacer: Phaliſcanum: Pheſcennium: Vmbricum: a priſcis Vmbris dictum: Flauianum: Arcennum: Meſium a quo ſilua Meſia: Roſulum: Aræ Mutiæ: Sutrium ape‐ laſgia conditum ab inſigni grano dictum. Romana ſocie tate inclitum. Capina a qua Capinates: Lacus cyminius & Troitũ Phaliſcorum: finitimum Etruſcis.

Gens tertia Thuſciæ tranſcyminia: a Cyminiis diffun‐ ditur ad Piſtorium. In his Volturrena ſub radicibus cymi niis iacens cognomine Etruria: a qua tres gentes Etruriæ appellantur Etruſci: ut a communi Metropoli: & ager

Etruſcus antea Vmbronus dictus ubi umbri orti. In eo agro Ferentia: Troſſolum: Meonia: Meonum: Turrhena: Volturna Sub Volturrena Aruntes ueteres cogmine Camillarii: longius Blere Olena: Tuſſa Nana Larthes oppidum: Sale Vmbrona: Cort Noſſa: Cort Enebra mons Coriti in iugis Cyminiis: e regione mons Phiſcon quæ & arx Iti: Volſine: Pelii: Oropite Sentinas: Cluſium uetus a pugna ſed a duce Comerſol: montes Tumniates: Sora: Soana non procul Saturnia lapides a Ioue compluti in auxilium Herculis contra Lygures Etruſcos gygantes: a filio dicti Lamones: amnis Pelia: mōs Pelius. Mons Tumnias Roſelle: Vmbro in monte Sena colonia: Phocenſes Piſtorium: Vmbro amnis: Stellates: Fluentini qui & Arnienſes Cluſium nouum: unde Cluſentinus tranſitus Hannibalis Aretium: Crotona a Crotone ſocio Herculis condita.

Apeninus mons italiam in duo ſecat. Radices ſub penino trāſitu Hānibalis ĩ Alpibꝰ a nicea ad ipſũ ferme penınũ ĩ latitudinẽ extendũt: & uſq; ad Macrã Lygures montani incolũt: a Macra itẽ ad fontes thyberis ad inferꝝ mare Thuſci: ad ſuperꝝ galli Aureliani & Emiliãi. A fontibus rurſus thyberis ad Narẽ Vmbri inhabitãt. Principio Typhernũ: & in fine Ameria Tuder ſunt. Galli oẽm Vmbriã pulſis etruſcis occupauerunt: exceptis Typherno: Eſiſio: Hyſpello: Fulgineo: & uetuſta Veiorum prole quã Veilũbrã. i. Veiam ꝑlẽ antiquã Vmbrã dicũt: in quibus principes ſunt Spoletũ: Tuder: Meuania & Ameria ferme noncentis annis & amplius reſtituta ante Perſe bellum a Veis Etruſcis antea cõdita: duce Ameroe Atlantis itali ex Pleyona uxore filia. A Nare porro amne uſq; ad Equiculos

tenent ſabini a Sabo cōditi Sabatio Sangni gentili edito Inde ad fontes Sarni amnis: ſabelli Sabinoꝝ ꝑles īcolūt.

Sangni gentilē Sabi ꝓnunciant Sabini: Sanctū Romani Sagā Barbari: a quo & Sagi primi Thuſci ideſt pontifices & ſacri expiatores. Ex quo patet leuitas cū loquacitate græcanica quæ a Lacedæmoniis ortos ſcribunt Sabinos: & Græca origine a Seuome dictos fingūt. Sed Roma tum rudis erat cum relictis litteris & diſciplinis Etruſcis: mirabunda Græcis fabulis: reꝝ & diſciplinaꝝ erroribus ligaretur: quas ipſi Etruſci ſemper horruerūt: neq; ob id latinas quidē uoluerūt ſuſcipere uſq; ad Cecynnā Volturrenū magiſtrū quadrigaꝝ & augurum principem: patrem Menippi & auum Menodori: quos ante illum pater eius Volturrenus: auuſq; Titus & ꝓauus Turrenus ſemp Romanis principibus cariſſimi renuerūt: cum ad eas recipiendas urgerent̄. Nam ipſe Turrenus patre Elbio Volturreno & regum Etruſcoꝝ ultimo ad lacum Vadymōnis cæſo: Equidē ad reddendā urbem Etruriam anno ſecūdo Olympiadis cēteſimæ uigeſimæ quartæ allici potuit: ſed ad recipiendas latinas litteras nunq̄ perſuaderi potuit.

Palatinum collem Roma Itali filia: ſed prius Palatini Aborigines tenuerunt: qui ex agro Rheatino ad paſcua ouibus quærenda illo profecti ſunt. Argumento eſt Velia Palatini altera pars: a uellenda lana: ante his mōſtratā Etruſcam tonſuram appellata.

Capitolium dictum a capite inuento fluente ſanguine dum Iouini templi fundamenta iaceret princeps Tarquinus. Nam antea Tarpeius a Tarpeia ibi ſcutis Sabinorum obruta: ſed prius Saturnus uocabatur. Sub eo Ianus

quadrifrons Q uirinus a uictoria Lucumonis a Q uirino colle mouentis.

Q uirinalis a Iunone Sabinorum dea quam illi curi/tim ideſt haſtatam Iunonem uocant. Etenim haſtam Cu/rim & Curinam proferunt:quia his ſimul & Etruſcis non eſt littera.q.ſicut Romanis. Inde quirites

Archiloci Græci de Temporibus Liber.

MAſeas Phenix Damaſcenus:libro no/nageſimo ſeptimo hiſtoriarum aſſerit ante Nynũ ferme ducentis quinqua/ginta annis fuiſſe inundationē terraꝝ: & quendā cui teſtimoniũ ꝑhibet Mo/ſeus antiquiſſimus hiſtoricus liberatũ circa fluuiũ Araxim ad montes Caſpios:tũq; recenti cælo & rudi humano genere uixiſſe aureā uitam:in qua nullo ferēte legē:natura ipſa uiuebat̃:quouſq; Nynus & Semi/ramis arma populis inferentes:primi uitā uiciare ceperũt humanā. Tradunt igit̃ Caldæi uno & trigeſimo atq; cen/teſimo ab Ogyge anno regnaſſe apud ſe Saturnũ auum Nyni:annis ſex & qnquaginta:primũq; Babylloniæ fun/damenta iecíſſe. Hunc ſecutũ fuiſſe filiũ Belũ Iouē:& re/xiſſe Caldæos & Aſſyrios annis duobus & ſexaginta:Ny num uero duobus & qnquaginta. Semiramidē duobus & quadragita. Ea Babylloniā magnitudine indicibili ex/truxit. Supputantur igitur a Nyno ad ſecundũ annum Spheri quo ortus eſt Deucalion anni unius & quinqua/ginta ſupra.cccc.ſeptincenti uero a prima inũdatione no/uimeſtri:a qua ad Troiam colligit Maſeas annos nō mi/nus octo & uiginti ſupra octingentos.

Regnatū uero fuit Troiæ ſub regibus ſex:ſub Darda/ no quidem uno & triginta annis:ſub Erictonio qnq; & ſe/ ptuaginta:ſub Troe ſexaginta:ſub Ilo quinq; & quinqua ginta:ſub Lamedonte:ſex & triginta:ſub Priamo.xl.

Secuti ſunt anni quincenti a captiuitate Troiæ uſq; ad .xxiii. Olympiadem in quibus floruerunt Homeri octo: Horum primus in annalibus Teutei regis Aſſyrioꝶ tra/ ditur:qui uigeſimusſeptimus a Nyno extitit. Hic Home/ rus ut ibi traditur:fuit Smyrmeus & præfectus eiuſdem regis paulo ante deſcenſum Heraclidaꝶ in pelopōneſum: anno.xx.Demophōtis regis Atheniēſium: qñ Pyrrhus in tēplo Apollinis fuit ab Oreſte interemptus. Hūc ſecutus eſt Homerus Chius:qui ut Chyēſiū memoria tradit:flo/ ruit arte medicinæ anno.xix. Melāthis regis Atheniēſiū: Alius fuit Homerus patria Cumæus:qui ut ipſi Cumæi p hibēt:enituit magica magis q̄ litteratura:anno.xxiiii.Co/ dri regis Athenienſium. Quartū:ciuem ſuum prædiuitē Salaminenſes Cyprii efferunt: arte inſtitoria inclytum: anno octauo Agaſti Atheniēſis. Biēnio poſt emerſit Ho/ merus Colophonius:quē illoꝶ annales migratione Ionica prædicant effluxiſſe:arte pictoria ſimul & ſculptili. Sex/ tus fuit Atheniēſis: qui ut ipſi ſcribūt:illuſtris reuocatiōe abolitaꝶ legum & nouaꝶ latione floruit ſub Archyppo. Septimū Argiui habent:Muſicæ atq; geometricæ diſci/ plinæ præceptis admirabilem:anno decimoſeptimo:Dio geneti Athenienſis.

Vltimū hūc Homerū ætas noſtra cernit:qui olympia/ de.xxiii. & a Troiæ excidio anno quincenteſimo: patria Meon Olympico certamine uictor:iudicio totius græciæ

eximius poetaꝝ eſt habitus:& ei ſoli ius tributũ emẽdãdi characteres & nomina & linguã Græcam:quæ ut ferunt Cadmus Samothrax fere Barbara & plena ruditatis attulit:ſub excidiũ Troianum:cum reuerſus eſſet a fuga quã inierat ob certamen quod illi priſca uxor intulerat ꝓpter nuptias ſupinductæ Armoniæ. Sunt ergo nũc characteres ab Homero forma elegantiore. Nam primi barbariẽ quandã uetuſtam & nõ phenicã ferebant: quia nihil phenicum habẽt ut cernimus:ſed Galatharum & Meonũ figuras retinent. Idem Homerus reformauit characteres & grãmaticæ præcepta primus dedit:cum antea quiſq; ſermone ſcriberet: ſimul & loqueret̃ uernaculo: Quæ profecto etiã Italia quæ & magna græcia ſuſcepit. Hactenus de temporibus. Finis.

Metaſthenes Perſa de iudicio tpoꝝ & Annaliũ Perſaꝝ.

QVi de tpib9 ſcribere parãt:neceſſe eſt illos nõ ſolo auditu & opĩone chronographiã ſcribere: ne cũ ꝑ opĩones ſcribũt uti Græci:cũ ipſis pariter & ſe & alios decipiãt:& ꝑ omnẽ uitã aberrẽt. Veꝝ abſq; ullo errore fiet: ſi ſolos annales duaꝝ monarchiaꝝ aſſecuti: cæteros oẽs ut fabulatores reiecerimus. In his enim tã liqde atq; uere digeſta ſunt tempora:reges & noĩa q̃ apud eos ſplendidiſſime regnatum eſt. Neq; tamẽ omnes recipiẽdi ſunt qui de his regibus ſcribunt:ſed ſolum ſacerdotes illius regni:penes quos eſt publica & ꝓbata fides annaliũ ſuoꝝ:q̃lis eſt Beroſus. Nã is Chaldæus oẽ tẽpus Aſſyrioꝝ digeſſit ex antiquoꝝ annalibus quẽ ſolũ uel maxime unũ Perſæ nũc ſeqmur.

Is ergo tradit ante Ninũ ducentis & quadraginta no/uem annis regnatum fuiſſe ſub tribus diis regibus: quorũ qui primus uniuerſo imperauit orbi fuit Ogyges: qui præfuit inundationi terrarum. Inde Saturnus fundata Babil/lonia regnauit annis ſex & quinquaginta: Belus Iuppiter eius filius duobus & ſexaginta. Nynus eius filius qui pri/mus monarchiam cepit: annis quinquaginta duobus. Se/miramis: quadraginta duobus. Zameis: annis triginta/octo. Arius: triginta. Aralius: quadragita. Xerxes Baleus triginta. Armatrites: triginta octo. Belochus priſcus: quinq & triginta. Baleus iunior: duo & qnquaginta. Altadas duo & triginta. Mamitus: triginta. Mançaleus triginta. Spherus: uiginti. Mamelus triginta. Sparethus quadra/ginta, Aſcatades: quadraginta. Amyntes: quinq & qua/draginta. Belochus iunior: quinq & uiginti. Bel lepares triginta. Lamprides triginta duo. Soſares: uiginti. Lam/pares: triginta. Pannias: qnq & quadraginta. Soſarmus: decem & nouem. Mytreus uiginti ſeptem. Tautanius: tri/gintaduo. Teuteus: quadraginta, Tyneus triginta. Dercy lus quadraginia. Eupales: triginta octo. Laoſthenes: qua/draginta quinq. Pyrithydias: triginta: Ofrateus uiginti. Ofraganeus: quinquagita. Aſcrazapes: q̃draginta & duo Tonoſconcoleros. xv. Hũc Græci Sardanapallũ uocãt. Hucuſq Beroſus. Nos autẽ illum imitati: nullo alio au/ctore uſi ſumus: q̃ publica Suſiana bibliotheca: in qua an nales Perſarum ferunt fuiſſe Belochum tertium: Sardana palli clandeſtinũ hoſtem: qui eius militiæ præfectus erat.

Is cum Arbace tum Medorũ principe partitus eſt mo/narchiã ea lege: ut Belochus Babylloniã Arbaces Medeã

atq; perſas regeret. Itaq; interfecto & ex ſeipſo flammis in iecto Sardanapallo: Monarchia bipartita fuit. Apud Medos in ea: hii regnauerunt annis quatuor & trecentis. Arbaces uiginti octo Mandanes: quinquaginta Soſarmon: .xxx. Arti Carmin: qnquaginta. Arbianes: duo & .xx. Arceus. xl. Artines: uiginti duo. Aſtybarus cũ Apãda filio: uiginti. Apanda ſolus triginta. Hoc Cyrus & Darius deuicto: regnauerũt annis triginta ſex. Nam ante reunitam monarchiã: regnauerũt in Perſide annis ſex. Inde aliis ſex Perſico regno reſignato Cambyſi filio: ſexennale bellum Tamyri regine Scythaꝝ intulerũt. Sexto anno a Babillo niis euocati atq; Balt Aſſare interfecto: reunitam monarchiam in Perſas tranſtulerunt.

Totidẽ annis in bipartita monarchia regnatũ eſt apud Babyllonios. Primus Phul Belochus: ãnis. xlviii. Phul Aſſar. xxv. Salman Aſſar: decẽ & ſeptẽ. Sennacherib: ſeptẽ. Aſſar Adon: decẽ Merodach duo & qnquagita. Ben Merodach: uigĩti ũno. Nabugdonoſor primus: trigintaquinque, Nabugdonoſor magnus quinq; & quadraginta: Ami linus Euilmerodach: trigĩta, Filius huius prim9 Reg Aſſar: tribus Secũdus Lab Aſſar Dach: ſex Tertius Balt Aſſar: quinq;. Balt Aſſare interfecto: regnauerunt ſimul Cyrus & Darius annis duobus inde ſolus Cyrus duobus & uiginti. Filius Darii priſcus Artaxerſes Aſſuerus: annis uiginti: ultione interea ſumpta de factiõe Tamarica: quæ per dolum patruum tradiderat Tamyræ. Huius duo filii: Cyrus Arthabanes & Darius Longimannus: ſeptem mẽſibus pro imperio dimicarunt; & ſeptimo menſe Longimanno uictoria ceſſit: regnauitq; annis ſeptem & trigin

ta. Eius filius Darius Nothos. annis decem & nouem. Magnus Artaxerſes Darius Meneon: annis quinquaginta qnque. Artaxerſes Ochus: ſex & uiginti. Noſtra ætate Arſes annis quatuor. Darius ultimus ſex. Magnus Alexander qui tranſtulit imperium in græcos: ãnis duodecim. Seleucus Nichanor qui nũc agit trigeſimum annum: ſucceſſit toti Aſiæ ac Syriæ. Finit.

Philonis Breuiarium de Temporibus.

AB Adam uſq; ad diluuium fluxerunt anni mille ſexcenti quinquaginta ſex. A diluuio ad Abraham: duo & nonaginta ſupra ducẽtos. Ab Abraham ad Moyſem: quinq; & uiginti & q̃trincẽti. A Moyſe ad exitum de Aegypto & inchoatum templum ligneum: anni octoginta. Ab eo: ad inchoatum lapideum anno quarto regni Salomõis: & executioni mandatum decretum Dauid de ſucceſſoribus regni: anni colliguntur octoginta & quatrincenti.

Philonis de Temporibus Liber Secundus.

SIquidẽ orta lite ĩter filios Dauid qúos ex Berſabee genuerat: quis regno præcederet: Dauid edicto ſtatuit a iunioribus ĩchoari: & ut alteri ſuccederet: ubi poſteritas naturalis deficeret. Itaq; a Salomone minimo ceptũ eſt: & a Natan illi natu proximiore filio dicto Ahiaſar & Mathat: & poſteris eius Ahiaſarim atq; Mathatym: ideſt ut omnes dicerentur & eſſent fratres principis & donati tempore ad ſuccedendum. Hinc uſq; ad Ioſaphat & Ochoziam poſte-

ritas Natham ſemper dicta eſt Ahiaſarim. Nam quos oc/
cidit Ioram poſteros Natham : quos pater in tribu Iuda
præter decretum honorauerat: filii Ioſaphat fratres Ioram
dicti ſunt : Similiter infantes eorum quos Ioram liberos
quidẽ: ſed reditu uacuos in tribu Iuda reliquerat: dicti ſũt
fratres & filii Ochoziæ: cum tamen Ochozias unicus ſo/
lus ex Ioram & Salomone ſuperſtes eſſet. Quo perẽpto:
omnem ſtirpem regiam Ahiaſarim Athalia conata eſt de
lere: niſi prouidentia Ioſabet ſororis Ochoziæ ex Ahiaſa/
rim. ſaluatus fuiſſet minimus ex Ahiaſarim infans Elyh
qui & Eliakin. Nam ſinonyma ſunt Syris & Aegyptiis
Elyh: Eliakin: Ioakin. Cognominatus autem infans Elyh
fuit Ioas primus ex domo Dauid: & poſteritate Natham:
pro quo Myzmor a dextro & leuo choro decantatus fuit
qui a ſeptuaginta ſenioribus ſeptuageſimus quartus poſi/
tus eſt & ſub Ioiada inſtitutus: ne diſperderet deus fundi/
tus domum Dauid: ubi finierat proles Salomõis. Ab iſto
Ioas atq; deinceps in rememorationem : reges ſemper bi/
nomii & trinomii fuerũt. Nam iſte primus dict9 eſt Elyh:
Ioas : Symeon. Item Her: Manaſſes: Ezechias: Ieſus: &
eiuſcemodi. Itaq; a quarto anno Salomonis uſq; ad finem
poſteritatis eius & primum ſucceſſorem Ahiaſarim cogno
mine Ioas: ſupputantur anni octo & triginta ſupra centũ.
A Ioas uero uſq; ad ſpontaneam tranſmigrationẽ Ioakin
anni ſunt. cc. xci. connumeratis. x. annis quibus regnauit
Amon captiuo patre Her qui & Manaſſes. Porro a tran/
ſmigratione ad deſolationem anni ſunt undecim.

Philonis de Temporibus Liber Secundus.

ET a deſolatiõe ad carceres Ioakin:ſunt anni.xx.& ab eius trãſmigratiõe.xxxi ſex annis ſequẽtibus tũc editus Mizmor octogeſimusſeptimus.In fine aũt ſeptimi anni. Euilmerodac: eductum Ioakin de carcere : in honore habuit: eũq; populus Heri cognominauit:ꝙ lucerna Dauid quæ timebat extincta illuxerit.& Mizmor octogeſimus octauus editus eſt ad gratiarꝝ actionẽ atq; cõſeruationẽ gentis & celerem miſſionẽ Meſſiæ,mox liberato Heri datus eſt a deo filius Meſezebeel cognomento Salathiel:qui anno decim oſeptimo ante ſolutionẽ captiuitatis Barachiã qui anno,xvii.ſoluta captiuitate Dux populi fuit:& ab eo ducatu dictus Zorobabel.anno a trãſmigratione octogeſimoprimo & a deſolatiõe ſeptuageſimo. Præfuerũt aũt populo duces ex domo Dauid & ſacerdotes ex Leui ſeorſum uſq; ad tẽpora Aſmonai:Et de his ſeptuaginta ſeniores:ſic inſcriptis reliquerũt.Ieſus filius Ioſedech magnus põtifex cũ Barachia Zorobabele filio Meſezebelis filii Neri ipſe eſt Ioakin anno primo Cyri uenit Ieroſolimã:qui ſecũdo anno dũ iacerent fundamẽta ꝓphetantibus Agai & Zacharia:ob mortẽ Darii Idaſpis in peditũ eſt opus:nec adiri potuit Cyrus qui bello Tamirico erat impeditus. Succeſſit interfecto Cyro Aſſuerus:priſcus Arthaxerſes:qui bellũ ꝑabat cõtra Arthaxat:factionis Tamiricæ fautorẽ: qui & ad defectionẽ cõpulerat Aſſyrios:Medoſq; ac Perſas:& Aſſuerus intra Babylloniã ſeſe continebat ad eũ Ieſus pontifex:quia duces Syriæ cõtra hebræos ſcripſerant:

ſe contulit:relicto in pōtificatu anno.xii.Aſſueri filio ſuo Ioakin qui & Elyh.Ergo quia eo anno erat Aſſuerus occu patus bello:non eſt auditus Ieſus.Victor cum ſequēte an/no miſſum a ſe Holofernem a Iudæis truncatum audiſſet edicto publico uetuit templum erigi.Succeſſerunt duo fi lii eius:qui de imperio contendentes:Dario Longimanno qui uotum relaxandi edictum patris emiſerat:ſeptimo mē ſe uictoria ceſſit.Anno eius primo reuerſus Ieſus: hortan/tibus iiſdem prophetis ædificare templum ānixus eſt. Geſ ſit ergo Ieſus pontificatum primum uſq; ad .xii. annum Aſſueri priſci:annis ſex & triginta:Ioakin filius in eius ab ſentia:annis octo:Is & Iudit geſta conſcripſit:& anniuer/ſariam liberationis memoriam: quotannis agendam in/ſtituit.Idem Ieſus reuerſus proſecutus eſt pontificatum an nis uiginti:uſq; ad uigeſimum annum Longimanni: na/tus annos triginta & centum.Ei ſucceſſit Ioakin: item ſe/cundo pontifex:annis.xlviii.uſq; ad.xii.annū magni Ar/taxerſis Aſſueri:qui geſta Heſter ſcripſit:& memoriā phu rim inſtituit: hortante illum per litteras Mardocheo: qui decem & octo annis ætatem Iſaach ſuperauit. Tertius pō tifex ſucceſſit Eliaſib:annis uno & uiginti:uſq; ad.xxxiii. magni Artaxerſis.Hic primus poſuit Ieroſolimis portam gregis.Quartus pontifex Ioada geſſit pontificatum an/nis.xxiiii.& totidem Ioatham uſq; ad finem Ochi Arta/xerſis Vltimus ſub Perſis fuit ſextus pontifex Iaddua an/nis decem.Principes uero ex domo Nathan.Primus Sy/meon qui & Ioas.Rurſus leui qui & Amaſias. Item Ieſus qui & Ezechias.Her quoq; qui & Manaſſes.Hii ante ca/ptiuitatem.Porro in captiuitatis ſolutione Zorobabel pri

mus præfuit annis octo & quinquaginta. Reſa Myſciol/lam: ſex & ſexaginta. Ioãna Ben Reſa: tribus & quinqua/ginta. Iudas primus cognomine Hyrcanus quatuorde/cim. Ab Alexãdro uero ad Aſmonaym pontifices uſq; ad Iudam: Onias priſcus annis uigintiſeptẽ. Symon priſcus .xiii. Eleazarus Antiochi theos inimicus uiginti. Manaſ/ſes Seleuco Gallinico amicus uigintiſeptẽ. Symon iuſtus honoratus a magno Antiocho uiginti octo. Onias huius filius a Seleuco ſpoliatus templo: trigintanouẽ. Hũc ſe/quitur Iudas Aſmonai. Duces uero ex domo Dauid uſq; ad dictum Iudam fuere: Ioſephus primus: annis ſeptem: Abner Semei. xi. Elyh Matathias. xii. Aſar Maath: ix. Nagid Artaxat decem. Agai Helly: octo. Maſlot Naũ: ſeptẽ. Amos Scyrach q̃tuordecim. Matathias Siloa: de cem. Ioſephus iunior Arſes: honoratus a Ptolemæo. lx. Ia neus ſecundus Hircanus præfuit annis ſex & decem.

m Ox ſecuti Aſmonai ſimul cũ pontificatu etiam ducatũ a domo Dauid ſurripuerũt: unde orta ini micitia & ſimultas. Iudas Aſmonai correptis ar/mis contra Antiochum illuſtrẽ & filium eius Eupatorem atq; Demetriũ: præfuit annis quinq;. Ionathas eius frater: decem & nouem. Symon ab Antiocho Sidete immuni/tate donatus: præfuit annis octo. Ioãnes Hircanus priſcus ex Aſmonaim: annis. xxvi. Ariſtobolus uno. Iãneus Ale/xander. xxvii. Eius uxor Alexandra nouẽ. Vltimus Hir/canus: triginta quatuor: qui captus a Parthis relicta uxo/re ac filia & eius fratre Ariſtobolo: mox Herodes iubente Senatu Romano inuitis Hebræis regnũ tyrannicũ iniit: ſumpta ſibi uxore filia Hyrcani capti a Parthis & decla/

rato filio eiuſdem Hyrcani Ariſtobolo pontifice: ut Iu/
dæorum animos ad ſe inclinaret. Subſtulit autem ex filia
Hyrcani ſibi uxore filios duos. Sed cum anno uigeſimo
ſexto tyrãnici regni ſui Herodes reuerſum ſocerum Hyr/
canum aduerteret: more priſco regis ſalutari ab hebræis.
Illum ſibi ſocerum ſocrũq; atq; filiam ſibi uxorẽ: & duos
ex ea ſuſceptos liberos: & Ariſtobolum interemit: bien/
nioq; poſt Hebræos multis calamitatibus afflixit. Anno
uero trigeſimo principatus ſui tyrãnici: Zanedrim ex do/
mo Dauid deleuit: & Annaleũ quendam atq; Zanedrim
ex Proſelitis ſuffecit qui nimium in lege uidebantur eru/
diti. Tum & Salome ſororem ſuam & uirum eius de tri/
bu Iuda: Itemq; proprium filium quẽ ex uxore eiuſdem
tribus ſuſceperat interfecit q diceretur iam in lege ꝓmiſ/
ſus Chriſtus natus. Feſſi tãdem Hebræi: ultro ſibi ac eius
poſteris regnum obtulerunt: iurantes in fide ipſius ac po/
ſteroꝝ ſeſe permanſuros. Regnauit hic primus Herodes
Aſcalonita tyrãnico principatu: annis triginta uno: & le/
gitimo ſex. Et filius eius Archelaus annis nouẽ. Herodes
aũt Tetrarcha annis uiginti quatuor: cuius uigeſimo pri/
mo anno legatus a noſtris Iudæis ab Alexandria miſſus
adoleſcens erã. Sequutus eſt hunc Agrippa priſcus: annis
ſeptẽ. Agrippa iunior annis ſeptem & uiginti. & Agrip/
pinus qui & Agrippa ultimus annis triginta: uſq; ad hũc
ultimũ annum ætatis meæ decrepitæ.

e Xplicit Breuiarium tempoꝝ Phylonis eruditiſ/
ſimi hiſtorici Hebræi: qui aſſerit in hiſtoriis ſuis
omnia tẽpora quadraſſe ad ueros annales q̃tuor
monarchiaꝝ: qui ſoli & emẽdatiſſimi habentur: quos ſoli

uel maxime primi:retulerũt ex Chaldæis Beroſus pro monarchia Aſſyrioꝝ:& Metaſthenes Perſa hiſtoricus ĩ annaliũ ĩdiciis:pari forma ait ex græcis eos ſolos ſe pſequutũ: qui annales Græcoꝝ ſequuti ſunt ſeptuaginta ſeniores interpretes uſq; ad Ptolemæũ & Aſmonaim:inde Romanos qui tẽpora ſua diligentiſſime cõſeruauerunt.

Xenophon de Aequiuocis.

ſ Aturni dicunť familiaꝝ nobiliũ regum qui urbes condiderũt ſeniſſimi. Primogeniti eoꝝ Ioues & Iunones:Hercules uero nepotes eoꝝ fortiſſimi. Patres Saturnoꝝ Celi:uxores Rheæ & Celoꝝ Veſtæ. Quot ergo Saturni:tot Celi:Veſtæ:Rheæ:Iunones:Ioues:Hercules. Idem quoq; qui unis populis eſt Hercules: alteris eſt Iuppiter. Nã Nynus qui Chaldæis extitit Hercules:fuit Aſſyriis Iuppiter:qbus oppidulũ paternũ:tetrapolim & caput impii ſtatuit. Vnde ipſum Nynũ ideſt Iouẽ cognominauerũt:qui ꝓprio nomine Aſſyrius dicebať a quo Aſſyrii dicti:& a cognomine urbs Nynus dicta.

De Secundo Aequiuoco Phoroneus.

p Horonei plures:ſed ĩ pretio habiti duo. Antiqſſimus claruit primo ãno Nyni:in parte Hellinica quæ poſt Græcia dicebať. Iunior ſcđs rex Argiuoꝝ filius Inachi:inter quẽ & priſcũ fuere decẽ ætates & amplius.

De Aequiuocis Temporum.

a Etas apud diuerſos diuerſa metitur ſpatia: quia apud Aegyptios ſpatio triginta annoꝝ perficiť: & apud Græcos quartã centenarii partẽ ideſt annos quinq; ac uiginti cõtinet. Annus etiã diuerſus eſt. Etenim ipſi Aegyptii utunť anno qnq; menſtruo:ſæpe bi-

meſtri:nõ raro trimeſtri:ſæpe quatrimeſtri:nõnunq̃ ſola/
ri:quæ uarietas etiam ex nr̃is qui ab eis litteras habuerũt.
ſapientes coegit aberrare. Iberis annus q̃trimeſtris ut plu/
rimũ eſt:rariſſime ſolaris: Ecõtra Chaldæi cũ in antiqui/
tate diſciplinaꝝ ſuaꝝ utantur menſtruo:in cæteris ſemper
ſolarẽ ſe intelligere fatent̃. Et hoc pacto ſemp:quo Semy
ramis in columna Nyno ita excidit. Mihi pater Iuppiter
Belus:auus Saturnus Babyllonicus. proauus cur Satur/
nus æthiops. Abauus Saturnus Aegyptius. Attauus Ce/
lus phenix Ogyges. Ab Ogyge ad meũ auum ſol orbem
ſuũ circũluſtrauit ſemel ac tricẽties & centies. Ab auo ad
patrẽ:ſexies & quinquageties. A patre ad me bis & ſexa/
gies. Columnã:templũ:ſtatuam Ioui Belo ſocero & ma/
tri Rheæ. In hoc Olympo Semyramis dicaui.

De quatuor aliis Aequiuocis.

O Lympus plura ſignificat. Nã oĩs mons regionis altior:Olympus a Græcis dicit̃. Vnde & plures Olympi:dicti q̃ſi toti lympidi. A Barbaris uero omne ſpatiũ circulare ultimũ:lympus dictus eſt:& cũ in teriori areas Olympus:a quo aſtrolabiũ Olympus:& ſa/crum pomeriũ Olympus eſt. Homeri plures fuere:quoꝝ qui eximius poetaꝝ extitit:ultimus omniũ: poſtq̃ Thalẽ Meleſiũ inuenit̃. Nyni plures fuere. Primus omniũ Aſſy/rius:quẽ ab ampliato oppido patris uocauerũt Nynum ideſt Iouẽ lingua Aſſyrica. Huius fili9 Zameis etiã Ny/nus paterno cognomine appellatus fuit. Ogyges plures fuere. Primus ſupradictus attauus Nyni:quem Babyllo/nii Gallũ cognominãt ꝙ in inũdatione etiã ſuperſtes alios eripuerit & genuerit. Hinc Sage apud quos nauigio ſal/

uatus eſt & ereptus:ratem uocāt Gallerim ꝗ undis ſaluet. Verū Græca lingua Gallus candidū & lacteū ſignificat: Phryga exſertum teſtiba:Latina gallinæ maritū & Celtas qui ſunt Galathæ ueteres:a rege Galanthe filio Herculis a quibus Galathæ in Aſia:& Gallo græci in Europa. Fuit autem priſcus Ogyges in prima inundatione terrarum: Alter uero Atticus in tertia.

i Nundationes plures fuere. Prima nouimeſtris inundatio terrarum: ſub priſco Ogyge. Secunda Nyliaca menſtrua ſub ægyptiis:Hercule ac Prometheo. Bimeſtris autem ſub Ogyge Actico in Achaia. Trimeſtris:Theſſalica ſub Deucalione. Par pharōica:ſub Protheo ægyptio in raptu Helenæ. Ab inundatione terrarum ad ortum Deucalionis ſecundo anno Spheri: ſeptincenti ſupputantur anni. ſeptincenti:qui natus annos duos & octoginta Theſſaliam ubi primum in Hellina regnauit Phoroneus:uidit inundatam.

p Rothei fuerunt plures. Primus ſaga in Caſpiis: Alter ægyptius:ſub quo diluuium Pharonicum Erat enim ſacerdos Prothei magni Phenicis: cui conſenſu totius orbis:templa:ſtatuæ & aræ dicatæ ſunt in Europa Aſia & Aegypto.

c Admi fuere plures. Primus frater phenicis paulo poſt conditionem Troiæ:qui ambo apud Sydona regnauerunt. A Phenice quidem tota regio nomen accepit quæ eſt a Sydone ad Iamineum portū. Aſcalonis urbis Semiramildis: uicinum monti tetrapolis atꝗ gymnaſii ueteris phenicum:cum omnis ante Aſſyria diceretur. Paulo poſt fuit alius Cadmus Argiuus qui poſt exi

lium a Phenicia reuerſus in Boetias Thebas condidit. Tertium qui in eadem urbe tyrannidem aſſumpſerat: propulſauerunt Linus & Zetus. Quartus cum Sparthis bellũ geſſit. Quintus paulo ante ruinas Troiæ Armonia Samothraca inclytus: qui a priſca uxore ob Armoniam certamen paſſus: rediens a phenicia detulit in Græciam primus ſexdecim numero litteras rudes non phenicas: ſed Galatharum & Meonum perſimiles characteribus. Reſiduas retulerunt paulo poſt Palamedes & Simonides medicus. Fuit & ultimus: qui ſcribere docuit oratione ſoluta: cum ante litteras aduectas atq; poſt uernaculo ſolum carmine uterentur.

.C. Sempronius de Diuiſione Italiæ: & Origine urbis Romæ.

VNiuerſa Italia a iugis Alpium oritur & in Leucopetram: fretũmq; Siculũ terminatur. Cingitur ſupero & infero mari: & ſecatur Apẽnino: qui a iugis Alpium ortus per mediam Italiam a Lyguribus ad Anconam porrectus inde paulatim uſq; Venuſiam reflexus: ibi ex tranſuerſo diuidit Italiam: ex altera parte Brunduſium: altera Veliã attingens circum ſinum Tarentinũ: quo Auſones primũ inde Aborigines græci poſt Enotrium Arcadem tenuere: a quibus magna græcia nuncupatur: in qua ſunt Enotrii Calabres: Salentini: magna græcia atq; Brutii. Porro antiquitus Italia in medium apeninum: & in ciſapeninum: ad inferum mare: & in tranſapeninum ad ſuperum pelagus: & in alpes a Netiis ad Lygures diuidebatur.

Diuiſio Alpium.

a Lpes ipſi tribus partitiōibus ſecantur. Prima Lygurum ꝙ ab eis oriantur. A Nycea ad pœninū ſequens ab eo ad Ocram montem. Pœninus dictus a tranſitu Hannibalis. Tertia Tauriſana uſq; in Hiſtriam. Omnibus alpinis exceptis Lyguribus notiſſima origo Etruſca eſt: præcipue Rhetiis.

De Apenino

a Peninus diuiditur in Lygures montanos: Apuanos: Vmbros: Sabinos: Sabellos Etruſcos. Lygures dicti ſunt a Lygure Phetontis filio qui omnium primus: multis ſæculis ante græcos ex Actica colonias in Italiam tranſportauit: adiecitq; atq; miſcuit antiqſſimis Italiæ populis: ab Oſtiis thyberinis uſq; Niceam. Hinc ueteres omnem maritimam dixerunt Lyguriā. Itaq; pars Apenini a Nicea ad fontes Macræ Lygures montanos alit: quibus origo eſt a Genio & Lygure. A fontib9 uero Macræ ad fontes thyberis Apeninum colunt Lygures Apuani: Etruſcis orti: cognomine ueteribus gallis: ut M. Antonius prodit. Portionem uero Apenini a fontibus thyberis ad Nar: inhabitant Vmbri: prima ueterum Gallorum proles: ut Auguſtus ſcribit. Ab amne uero Nare uſq; ad fontes Silaris: montes tenent Sabini : quibus Saga eſt origo. Nam Sangni gētilis Sabi fuit. Hii paulo ante ruinas Troiæ diſciplinas Etruſcas didicere: & ius diuinū & humanum a Megale Turreno perceperunt. Rurſum a fontib9 Silaris ad fontes Volturreni & Sarni Sabelli proles Sabinorum incolunt: quos Romani Samnites: Græci uero Saunites uocant. Portionem uero Apenini a fontibus Sarni uſq; ad magnam Græciam Thuſci tenuerunt:

& reſiduã Græci. Hactenus de diuiſione Apennini & Al/pium:& origine habitantium in eo.

De diuiſione planæ Italiæ.

Iſapeninã Italiã flumina diuidunt:& icidẽ tranſ/
c apeninã. Padus amnis:Galliam Ciſalpinam pri/mo diſcreuit. Ciſapadanã omnẽ:miſſis coloniis tenuere Thuſci. Doria Thuſcorũ prima familia incoluit principio ab aſca colonia uſq; Parmã:a qua & fluius Do/ria:& regio prius Doria nũc Emilia. a Parma itẽ ad Bono niã Bianora a duce:nunc Aurelia. Flaminia itẽ a Bononia ad Rubiconẽ amnẽ:antea Felſina a prĩcipe Etruriæ:miſ/ſis coloniis Lamonibus a Rubicone ad Anconã: Senonũ Gallia Togata dicit̃:ab his qui duce Arunte primi in Ita/liã tranſcenderunt Alpes:a quibus ſenſim pulſi Etruſci:a Ciſpadana & tranſpadana regione:quæ nunc Gallia no/men habet. Et quidẽ oẽm tranſpadanã regionẽ Thuſcorũ prolẽ fuiſſe inter omnes auctores conuenit:manentq; ue/ſtigia urbs Mantua:Lacus Etruſca origine dictus Larius q; a patricibus Volturrenis oĩa ea loca principio poſſeſ/ſa fuerunt uſq; Veronã. Hinc circa Lariũ lacũ a principi/bus dicta uallis Volturrena & Verona:a uera Thuſcorũ familia:& ab Atria eorundẽ colonia:fluuius Veronæ ar/gumenta ſeruanti. Nã uſq; Atrianum fluuiũ qui limes ẽ Volturrenorũ & Venetiarũ:tenuere Etruſci:& Venetias principio quidem Phetontei:poſtea Troiani eiuſdẽ mixti coluerunt Hæc de tranſapenina Italia & apenino monte: inter a uctores conueniunt.

De Tranſalpina Italia

c Iſapenina uero ad inferũ mare:ueteres ita partiti

ſunt per amnes. A Nicea enim ad Macram tenent Lygu/
res mõtani: origine phaetontei. A Macra item ad Arnum
& portum Lygurnum: incolunt Etruſci: cognomine Ly/
gures Apuani: quos ſequuntur Lygures Etruſci Popu/
lonii: a Lygurno portu ad caput Etruriæ: a quo ad Thy/
berim ſunt Etruſci Lygures Turrheni in quibus ſunt cam
pi compluti lapidum: clari pugna Herculis: adhuc La/
mones dicti: ab ipſius Herculis filio Lamone. Pari for/
ma ab ultima Italia in Thyberim Romamq; percurren/
do: a Velia ad Silarum fluuium Lucani a Samnitũ du/
ce Lucio orti: tenent. Ab eo ad Sarnum amnem: Picen/
tini habent. A Sarno uero ad Volturnum fluuium inco/
luerunt Cumani quos ab agro nullis uiribus Etruſci quã/
uis toti Italiæ impitarent potuerunt dimouere: aut in po/
teſtatẽ redigere. A Vulturno amne ad Silarim: Etruſco/
rum uetuſtiſſimus ager fuit: in quo prius Oſcam dictam:
poſtea Capuam condiderunt.

Lyri autem uſq; Thyberim Saturnus cum pri/
a ſcis Aboriginibus fuit origo: ab Vmbris & Ca/
meſenis editis: ubi eſt mons Capitolinus: au/
reo ſæculo a Saturno habitatus: ubi & nunc aurea Ro/
ma terrarum caput. Quam ob rem parum conſiderate
quidam ſcribunt: Romam poſtremis ac nouis ſæculis a
Romulo conditam: & appellatam atq; ceptam: cum nul/
lum ex his tribus uerum apud maiores inueniatur me/
moratũ: ſed ſint ab eis contraria prodita. Non enim Ro/
ma a Romulo nomen habet: quippe quia geminis non
Remus & Romulus nomina poſuit Fauſtulus Etru//
ſcus & regius paſtor: ſed Rumulum & Rumen illos ab

euentu appellauit: quæ ſunt nomina Etruſca. Alioquin Romæ nomen & nominis origo uulgata eſſet atq; maniſeſta: quæ occulta eſſe ſaluberrima religio ſanxit: ne ſi origo nominis Romæ clareſceret: eius deus in cuius tutela Roma eſt: & a quo deriuationem habet: gentibus pateret & euocaretur ut cæteri. Quam ob rem & Angerona ſilentii dea ante Iani feſtos dies colitur præ foribus: ut ne cui liceat illud palam efferre: quod ad ſalutem rei publicæ ueteres ore obſignato intra pectoris arcana uoluerunt contineri: cuius uiolatæ religionis pœnas primus luit Soranus. Non igitur a Romulo Roma: ſed econtra ab ipſa potius Roma cuius adeo eſt occulta deriuatio: Romulus nomen habuit: quæ ante ipſum Romulum cepta legitur coli annis paulominus octincentis ab Italo in Auentina Capena: & filia eius Roma in Palatino colle: & ante hos plus q̃ trecentis annis aureo ſæculo: a Saturno ubi nunc Saturni ædes ad radices Capitolini collis. At Romulus ſolum ex oppidulo Roma in Palatino colle quadratam & regiam reddidit: cuius quatuor potiones erant. Roma Vellia: Germallia ubi ficus Ruminalis & ædes Rumuli: a dei occulta deriuatione poſtmodum Romuli. Condidit autem eam: accitis amicis uatibus Etruſcis: qui foſſa ubi caput Erti tauri eſt pomerioq; ad prudentis uatis auſpicium ſacratis: circum Palatinum collem ſacro aratro cingi iuſſit .XI. Kalendas Maias hora inter ſecundam & tertiam: Sole in Tauro: Luna in Libra: Saturno: Venere: Marte: Mercurio in Scorpione: & Ioue in Piſcibus: ut tradit Lucius Carrutius mathematicorum peritiſſimus. Sunt qui tradant illam

conditam.xii. Olympiade. Placet aliis octaua. Septima quibuſdam. Sexta completa nonnullis præualet omnibus his Eratoſthenis inuicta regula ut aiunt. Sed cum Pomponius Acticus coram ſenatu atq; doctiſſimis uiris conferret: Græcorum certiſſima tempora compertum eſt: q͞p ab Aenea & Troia exciſa per tempora regum latinorũ uſq; ad Romulũ regem iam creatum: fluxerunt anni circiter triginta & quatuorcenti. Quare haud dubie cõdita eſt Roma Olympiade ſeptima aut eius anno ſecũdo. Cõdita autem fuit primum in monte Palatino. Inde Sabinis & Thuſcis in federa coeuntibus: incoluerunt Sabini quidem Capitoliũ & Quirinalem in quo Numa poſtea habitauit. Romulus & Rumnenſes Exquilinum: Palatinũ & Celium: Thuſci Luceres Viminalem & ſubſidentẽ cõuallem uſq; ad ædem Saturni: & radices Capitolii. Rumo fratri Auẽtinus ætate Romuli manſit. Hæc ſunt uere tam priſcæ Italiæ q̃ urbis Romæ antiquitates & origines: quibus quoniã plures Græci poſtremis temporibus in Italiam cõmigrantes commixti fuerunt: ob id a ſe principio emanaſſe Italiã Græcia falſo exiſtimauit Græca tum leuitas tum fabuloſitas. Quis enim ex antiquiſſimis non ſcribit a Iano Ianiculum: & Etruſcos ueteres Gallos conditos: Et tamen plures Græcorum tradunt a Turrheno Lydo qui fuit nuper & heri poſitos. Quin etiam & Turrhenam Thuſcorum regiam non puduit eos Romam aſſerere. Tanta uidelicet imprudentia cũ meorum iactantia eſt: ut omnium gentium & imperiorum atq; urbium præclariſſimarum ſe conditores eſſe apertis ſæpe mendaciis conſcribant.

.Q .Babii Pictoris de aureo ſæculo:& de origine ur/
bis Romæ. Liber Primus.

ITaliæ imperium penes duos populos
prĩcipes extitit. Poſteriꝰ Romani prin
cipio Thuſci ſub Iano cẽperunt in au/
reo ſæculo. Aurea ætas primo ortu ge/
neris humani fuit ſic dicta:ꝙ poſterio
ribus ſæculis cõparata: æque atqꝫ auꝝ
inter metalla effluxit. Eam cepiſſe ſub Ogyge ante Ninū
annis circiter ducentis & qnquaginta:Xenophon atqꝫ ma
iores prodiderūt. Is Ianus ſub initium aurei ſæculi leuum
latus Thyberis Etruria tenuit. Cameſes uero ac Saturnus
circa finem eiuſdẽ ætatis dextrū incoluerūt:ea ætate nul/
la erat monarchia:quia mortalibus pectoribus nōdū hæ/
ſerat ulla regnandi cupiditas. Principes quia iuſti erãt: &
religionibus dediti:iure habiti dii & dicti. Non enim ar/
bitria illorum ab equo uel populus a iure innato:diſcede/
bant. Nullo tunc uindice aut metu:ſed ſua ſponte retine/
bant fidem & rectum. Pudor ipſe regebat populos & ius
principes. Domus illis non extructæ uel ornatæ luxuriaqꝫ
inſignes erant & ſplendidæ:ſed uel criptæ aut uiminū tu/
guria & caua arboꝝ ligna erant. Victum ſponte naſcen/
tia præbebant: aut in diẽ uictus quærebatur uenatu. Vi/
num & far primus illis docuit Ianus ad ſacrificia & reli/
gionem magis q̃ ad eſum & potū. Primus enim aras & po
meria & ſacra docuit: & ob id illi in omni ſacrificio ꝑpe/
tua præfatio præmittitur:farqꝫ illi ac uinū primo præli/
batur. Vxor illi fuit Veſta quæ prima ſacroꝝ regina ſem/
piternū ſacrificioꝝ ignem uirginibus credidit. Bella tunc

non ignota modo: ſed ne cogitata in mentem uenerant. Ad pudorem & ſanctimoniam domorum: primus ualuas ſeras & claues excogitauit & íuenit: & ab eo dictæ Ianuæ Olympo regio Etruriæ fanoq; ſacrato: duodenis coloniis totidem pomeria araſq; ſacrauit: & ad continendum recẽtes tum colonias in officio aureo: uirgas faſceſq; ſingulis ſingulas dedit. Vnde ipſe in manu uirgam & clauem: ſubq; pedibus bis ſenas aras habet. Circa finem aurei ſæculi primus omnium Nynus rex Aſſyriorum hos aureos mores noua regnandi cupiditate mutauit: & primus limites tranſgreſſus: bella finitimis mouit: & totius Aſiæ populos perdomuit: ſub quo Cameſes præfectus fuit Aboriginib9 Et paulo poſt frementibus undiq; contra ſe armis: toto prius pererrato orbe Saturnus ad Ianum ſe contulit. Eum comi hoſpitio Ianus receptum: Latio & Aboriginibus præfecit Et more: quanuis tũc finientis aurei ſæculi: intra fines ſuos: ſeſe quiſq; continuit: Ianus in Etruria & Saturnus in Latio: thyberimq; fines imperii eſſe inſtituit. Intra enim ſuam cuiq; patriam tunc de more regnum finiebatur. Limes igitur erat inter eos thyberis: aræ uero limitum erant Ianiculum & Saturnia Capitolina. Etruriam a Ianiculo Ianus: Latium a Saturno Saturnus cognominauit. Ad radices enim Capitolii Saturnus condiderat: uti Ianus Ianiculum. Hæc igitur fuit prima Romæ origo ad radices Capitolii: ubi tunc paſcua bobus erat.

Facies tũc agri huius inſtar arcus erat: cuius corda eſſet alueus Thyberis. Cornua ad ſolis quidem ortum rupes Auentina & ad occaſum capitolina: media palatina. Eadẽ palatina rupes thyberim a fronte proſpicit: a ſiniſtris Ce-

lio:a dextris Exquilino iungitur. Auentinus item a fron/
te Thyberim & Capenam tenet: ad dexteram Celiolo ac
Viminali hæret. Capitolium ante ſe Thyberim & portam
Carmentalem cernit:hæret illi Quirinalis. Has rupes an
tiqui ſeptem colles & ſeptem montes appellauerunt. Area
huius arcus eſt quicquid campi iacet inter Auentinum &
Capitolium:& a palatio ad Thyberim. Lybiſſus antea in/
de Argeus:poſt uicus Thuſcus dicitur. Paludes plures eo
paſſim Thyberina inundatio efficiebat: quæ hanc aream
non ſatis idoneam habitationi reddebāt: anteq̄ factis Ver
tumno ſacrificiis in alueum ſuū thyberis uerteretur. Pri/
ma igitur origo Romæ fuit:collis Capitolinus:antea Sa
turnia dictus. ſequens hunc Auentinus fuit habitatus ab
Atlante Italo e Sicilia aduecto eo contra fratrem ſuū He
ſperum:in cuius tutela erat Etruriæ imperium adhuc Ia/
no puero & imaturo ad munera regia & regni. Porro Ita/
lus dimicare a Iano & Etruſcis prohibitus in Auentino cō
ſedit :ad cuius radices iuxta thyberim : ope atq; conſilio
Iani Capenam oppidulum condidit:& regionem eius per
miſſu Italiam dixit. Mox Heſpero fratre rebus humanis
exempto:Italus in tutelam Ianum & Etruriam ſuſcipiens
omnem circa thyberim regionem extinctis ultro citroq;
aliis cognominibus a ſe Italiam nuncupauit. Hæc eſt
priſca Italia : cuius nomen ſenſim ab Alpium radici/
bus ad fretum Siculum ac ipſi Siciliæ communica//
tum eſt. Denominare enim aut imponere gentibus & lo/
cis noua nomina : tantum regum ducumq; ius eſt. Su/
ſcepto igitur Italus Italiæ imperio:tum filiam ſuam Ro/
mam nomine:Siculis & Aboriginibus in Latio præfecit.

Quæ relicta Capena mediũ palatinum tenuit:& in uer/
tice ubi hæret exquilion Romam oppidulum condidit qđ
Valentiam ſonat. Poſt eius obitum ob paludes neglectum
oppidum fuit uſq; ad aduentum Euandri qui cum oppido
ſimul reſtituit nomen. Subſidens ſeptem collibus campus
Argeus dictus eſt ab Argo Euandri hoſpite & comitibus
Argiui Herculis qui ad Euandrum uenerunt: & in ſatur/
nia ſubſiderunt. Hinc extrema argileta dicuntur. Supior
Argiletus dicitur in principio uici Thuſci ſub Celiolo in/
ter circum maximum & Auentinum ubi letũ Argi ſimul
& ſepulchrum eſt. Imus uero Argiletus eſt ubi Ianus qua
drifrons:q & Vertunus in fine uici Thuſci ad radices Ca/
pitolii:in foro boario ubi ſaturniæ ueſtigia. Tres igit᷑ col/
les primum coluere ante Romulum:medium quidẽ Ro/
ma filia Itali:extremos uero Saturnus & Italus.

.Q .Fabii Pictoris Liber Secundus

d Eniq; Romulus potitus rerum Alba/
narũ & uſus maxima familiaritate re/
gum Etruriæ:& rex primus ex regulis
Italiæ creatus in Latio Romam oppi/
dulum in regiã tetrapolim uertit: in/
q; palatino colle fundauit. Aſcito enim
ex Etruria uate atq; ſacerdote:Olympum fecit:pomeriũq;
ſacrauit:& aratro ab Olympo in uico thuſcho per palatiũ
circunducens ab imo collis ad uerticem:quadratam urbẽ
ſignauit. In uertice collis hærente Exquilion Romam op/
pidulum ampliauit:& e regione loco proximo Celio Vel/
liam extruxit Cæterum in decliuo ad ima uerſus circum
maximũ Germalliam fundauit:ubi iuſſu Amulii fuerunt

expoſiti. Hac enim antea labebatur thyberis. Ab ea autẽ uerſus Exquilias forum Romanum ædificauit. Et ita romolus ex regulo prim9 rex a Thuſcis declaratus ẽ. Quã rem per occaſionem acceptam Mithridates rex Aſiæ pro ignominia Romãis oppoſuit ꝙ uernæ fuiſſent thuſcorũ. Quarto autem menſe ab urbe condita perpetratũ eſt audax facinus in raptu latinarum & ſabinarum. Primi ex latinis bellum mouerunt in romulum Ceninenſes: Antennates & Cruſtuemini. Romulus auxilio implorato a thuſcis cum Celio rege Etruriæ. primum ex his triumphum retulit. Et ob id quartus urbis collis a thuſcis habitari ceptus eſt: & Celius dictus. Subinde ſabini bellum ingens orſi: coegerunt Romulum denuo a Lucumonibus ſocios milites expetere. Galerito Lucumoni Arbeæ negocium datũ eſt: magna Etruſcorum exqꝫ urbe ſalpinatum manu uenit Qui cum offendiſſet Capitolium: captum a Sabinis ipſe proximum capitolio quirinalem pro Romulo muniuit. Verum cum Romulus audax ſub capitolium ſabinos aggreſſus: uulneratus fugeret illumqꝫ ad portam Palatinam ſequuti Sabini Romæ potituri uiderentur illico Galeritus e Quirinali delapſus: uiamqꝫ retro in Capitolium pedem ferendi: adimens ubi nunc Ianus quadrifrons a tergo Sabinos aggreſſus: unde fabula eiaculatæ aquæ ſulphureæ eſt: in fugam uertit. Animaduerſa re Romulus redintegratis uiribus & ipſe a fronte cedebat: adeo ut Meti9 in paludem ſeſe cum equo armatus iniiceret. Cædes ingẽs ſiebat. Et ne unus quidẽ euaſiſſet: ni feminæ occurriſſent. Fœdere icto Romulus urbis agrum diuiſit in partes tris: equis collibus. Sabinis & Tacio Capitoliũ & Quirinalis

Romulo ſequẽtes Exquilinus & Palatinus in quo Roma: Galerito & Luceribus Thuſcis: Celius & Celiolus obuene runt. Auentinũ Romulus neminẽ paſſus eſt habitare. Nã fratri Remo illũ ſacrũ eſſe uoluit. uſq; Helernã. Cũq; cõ/ ceſſiſſet naturæ Celius & Galeritus rex Etruriæ ſucceſſiſ/ ſet: cõſenſu tribuũ: Celiolus & ab eo tota arcus Area ſeptẽ collibus ſubiacens: Thuſcis data: & ſacrificio Iano Ver/ tũno facto: egeſtiſq; paludibus: habitabilis reddita: & ui/ cus Thuſcus dicta. Tribus igitur gentibus cõflata princi/ pio urbs Roma habitataq; fuit nomĩa impoſuit princeps Thuſcus. Nã hii tũc Italiæ ĩminebant imperio. Tacienſes a Tacio: Rumnenſes a Rumulo uocauit. Hoc enim noĩe illũ ab euentu nũcupauit lingua Etruſca ex Etruria oriũ/ da Larentia: & nupta prius uiro Thuſco Fauſtulo: & inde Etruſco Carrutio. Suã uero tribũ a ſe Lucerũ dixit. Nam alia Trometinã eſt a loco Celii. Hæc origo urbis Romæ ſolũ ueteris: ſepticollis cũ arcus area habitatæ: nunc uero ab his collibus in alios colles & cõualles in ĩmenſum pro/ latæ. Cæteꝶ noĩa eiuſdem ueteris Romæ hæc ſunt, Noĩa colliũ, Capitoliũ Quirinalis. Exquilinus: Palatinus: Ce/ lius: Celiolus: Rumurius qui & Auẽtinus. Porro in area: hæc noĩa ſunt: Lybiſſus: Circus maximus: Foꝶ trãſitoriũ. Argiletus ſupior. Argiletus imus. Via ſacra. Senaculum. Cõcordia, Grecoſtaſis: Aedes Saturni: Vertũnus qui & Ia nus quadrifrons. Foꝶ boariũ. Vicus lõghus Vicus Arniẽ ſis Vicus ſtellatinus. Sabatinus Larthenianus q & Veiẽs phaliſcus: quoꝶ cognoĩa a Thuſcis ſunt cõmigrãtibus in ciuitatẽ Romanã. Itẽ Herculis ara ubi Olympus & ini/ tiũ ſacri aratri iũctim a Germalia ad ſacrã uiã; uñ & nois

origo.Foꝝ piſcariũ:Porta Carmentalis·Aedes pudicitiæ: Rotũda Herculis.Foꝝ uenaliũ.Lacus Curtius:Suburra: Suburbanũ:Saturnia ubi nũc ædes eius:atq; Aerarium: Hæc ubi Roma uetus. In pte Romæ ſunt Etruriæ loca. Antipolis:Ianiculũ:Vaticanũ. Et Thyberis:limes impii Volturreni iter ueteres Ianũ & Saturnũ:q a prĩcipe illius urbe Volturrena p ſyncopã dictus eſt Volturnus:& ob id Thuſcus nõ latin9.Quod uero Vulturnũ ſine ſyncopa & cõpoſitione primitiuũ eſt nomẽ:notat fluuiũ in Sãnio & oppidũ Romanũ in litore:a quo Vulturnus de9 Thyberinus ĩ Latio ſicut & Volturnus ut caput impii ĩ Etruria: Quã ob rẽ deũ thyberinũ ſuũ dicit eſſe Roma atq; Etruria eundẽ & Ianũ Vertũnũ & ab his dictũ Vadymõna.

Antonini Pii Itinerarium.

Diuus Auguſtus quãuis totum orbem recte diuiſerit ubi ait: orbis totus diuiditur in partes tris:Europam:Aphricam & Aſiã:quæ fere eſt dupla ad quãlibet duarũ:in deſcriptione tamen locorũ orbis:multa loca memoratu digna ſiluit : quæue in præcipuis itineribus oppida & urbes occurrant:quæ maxime tum militibus: tum peregrinantibus:tum hiſtoricis non parũ proficiunt neglexit.Ea nos ſuo nunc ordine percurrere inſtituimus.

Ab urbe in Gallias itur itineribus ſex:maritimo litoreo:Aureliãno:caſſiano:Thyberio:Flaminio. Maritimũ tenet Pheregenas:Caſtrum nouũ:Cellas:Herculem:Thelamonẽ: Caput Etruriæ: phaliſcas: Traianum: Populonium:Vada: Lygurnũ:Ericis. Entelliam:Delphinũ:Ge-

nuam inter porſenã & pheritonẽ. Monachũ. Nyceam.

Litoreũ continet Alſium: Cere: pyrganũ: Forum celle: Grauiſcas: Coſas: Volaterras: Piſam: Lunã: & ipſum tranſitum in Gallias Cariaram.

Aurelianũ quod & claudianũ: fertur per ipſam Aureliam. Thermas ſtygianas. Forum nouem pagoꝝ Claudii. Tarquinias. Saturniãs Volcen. Tũniatem montẽ. Roſellas. Roſetum. Turſenam & tranſitum Apuam.

Caſſiano itinere itur per Politoꝝ Arcenum: Minionẽ: Forum Caſſii: Arũtes camillarios: Tudernũ: Varentanũ: Vmbronẽ montẽ: Senam Coloniam: Phocenſes: Lucam: & Caferonianũ tranſitum in Gallias.

Thyberinũ quod & Cyminiũ iter: fertur Gallera: Lartheniano ſiue Veiente: Roſulo: Sutrio Lacu Elbii: & iugis Cyminiis: Fano Volturnæ: cuius claris geſtis inuidit Liuius. Saleũbrone Volturnæ: Larthe amni: Volſinis: Cluſio ueteri olim Comerſolo: Cluſio nouo a quo nũc dictus Cluſentinus tranſitus Hãnibalis: & Pheſule tranſitus.

Flaminiũ habet caſtrũ nouũ Ocreã: & Ocriculũ: Narniam olim Nequinã: Tuder: Hiſpellũ. Aut a caſtro nouo Spoletum: Camerinũ: Vrbinũ: Piſaurum: Ariminum.

Beroſi Babylonici dignitãte Chaldæi ad emendandos Antiquitatum errores Liber Primus.

ANte aquaꝝ cladem famoſam qua uniuerſus periit orbis: multa præterierũt ſæcula: quæ a noſtris Chaldæis fideliter fuerunt ſeruata.

Scribunt: illis tẽporibus circa Lybanũ fuiſſe Enos urbẽ maximã gy-

gantũ:qui uniuerſo orbi dominabant̃: ab occaſu ſolis ad ortum. Hii uaſtitate corporis ac robore cõfiſi:inuentis ar/mis omnes opprimebant: libidiniq; inſeruientes:inuene/runt papiliones & inſtrumenta muſica & omnes delitias. Manducabant homines & ꝓcurabãt aborſus:in eduliũq; præparabant:& cõmiſcebantur matribus: filiabus: ſoro/ribus:maſculis & brutis:& nihil erat ſceleris quod nõ ad/mitterent:cõtemptores religionis & deorum.

Tum multi prædicabant & uaticinabantur:& lapidi/bus excidebant:de ea quæ uentura erat orbis perditione. ſed enim illi aſſueti corridebant oĩa:cæleſtiũ illos ira atq; ultione perurgente pro impietate atq; ſceleribus.

Vnus inter gygantes erat qui deoꝝ ueneratior & pru/dentior cunctis reliquus exprobis erat in Syria. Huic no/men erat Noa cũ tribus filiis:Samo:Iapeto Chem & uxo ribus Tytea magna:Pãdora:Noela & Noegla. Is timens quã ex aſtris futuram ꝓſpectabat cladem:anno ſeptuage/ſimo octauo ante inundationẽ:nauim inſtar archæ coop/tã fabricari cepit. Anno. lxxviii. ab inchoata naui:ex im/prouiſo exundauit occeamus & omnia maria mediterra/nea. Fluminaq; ac fontes ab imo ebullientes inundauerũt ſupra omnes montes accedentibus:atq; impetuoſiſſime & ſupra naturã e cælo copioſiſſimis hymbribus multis die/bus corruentibus. Ita omne humanũ genus aquis ſuffoca tum:excepto Noa cum familia ſua quæ naui erepta eſt. Nam eleuata ab aquis in gordiei montis uertice quieuit: cuius adhuc dicitur aliqua pars eſſe:& homines ex illa bi tumen tollere:quo maxime utuntur ad expiationem.

Ab hoc igitur anno ſalutis humanæ ab aquis primor/

dio ſumpto: noſtri maiores innumeros ſcripſerunt. Nos uero tedioſum illorum ſermonem abbreuiaturi referemus origines & tempora:& reges eorum duntaxat regnorum quæ nunc magna habentur: in Aſia quidem noſtrum omnium celſiſſimum Babylonicum: in Aphrica Aegyptiũ & Lybicum: quæ unum primo fuerunt:& ſub uno narrabimus. Poſtremo in Europa quatuor noſtri enumerant: Celtyberum: Celte: Kytim quod ille gentes Italicum appellant:& Tuyſconum quod a Rheno fluuio per Sarmatas in pontum finit. Addunt quidam etiam quintum dictum Ionicum.

Beroſi Babylonici de Antiquitatibus Liber Secundus.

Neceſſe eſt igitur nos ex premiſſis confiteri: quod & Chaldæi ac Scythæ ſcribunt: ſiccato ab aquis orbe non fuiſſe niſi dictos octo homines in Armenia Saga:& ab his omne hominum genus in terris ſeminatum: atq; ob id Scythas recte dicere & appellare Noam omnium deorũ maiorum & minorum patrem:& humanæ gentis auctorem & chaos & ſemen mundi. Tyteam uero Aretiam ideſt terram in quam ſemen chaos poſuit: & ex qua tanq̃ ex terra cuncti prodierunt.

Præter uero tres primores filios: Noa poſt diluuiũ gygantes pluresq; filios genuit. Quare ad abbreuiandũ plurimum conferet: ſi omnium poſteritates figurabimus ab ipſo Noa ſumpto exordio: deinde ſigillatim a cæteris. Primum itaq; dixerunt Ogygiſan Sagam ideſt illuſtrem ſacrorum pontificem Noam Dyſir.

BEROSVS

Beroſi Babylonici de Antiquitatibus.
Liber Tertius.

HAs igitur principiũ atq; Heroum ori/
gines atq; poſteritates abbreuiamus ex
noſtris Chaldæis atq; Scythicis libris:
quoad ſatis ſit. Nã & multos alios me/
moriæ mandant: quos quia uel quia ni
hil ad noſtram intentam accurtationẽ
aut parum afferunt: ob id dimittimus: reſumpturi illos
ubi opus fuerit.

Quo pacto exinanitus orbis fuerit coloniis & homini
bus oppletus: dicendum eſt. Exſiccata humo & torrefacta
terra: Noa cum familia de monte Gordieo: ut par erat: de
ſcendit in ſubiacentem planiciem plenam cadauerum quã
uſq; ad hanc ætatem appellant. Myri Adam ideſt euiſce/
ratorum hominum: & inſcripſit in lapide in monumentũ
rem geſtam: & uocant incolæ locum: egreſſorium Noe.
Compreſſi uero coniugibus: perpetuo geminos edebant
marem & feminam: qui adulti & coniuges effecti & ipſi
binos partu liberos ſemper edebant. Neq; enim unq̃ deus
uel natura defuit rerum neceſſitati quæ ad uniuerſi orbis
ſpectat opulentiam pacto: breui in imenſum adaucto hu/
mano genere omniq; Armenia completa: opus erat eos in
de recedere: atq; nouas ſibi ſedes conquirere.

Tunc ſeniſſimus omnium pater Noa: iam antea edo/
ctos Theologiam & ſacros ritus cepit etiam eos erudire
humanam ſapientiam. Et quidem multa naturalium re/
rũ ſecreta mãdauit litteris: quæ ſolis ſacerdotibus Scythæ

Armeni cōmendant.Neqꝫ enim fas eſt illa:ulli in ſpicere aut lege uel docere q̃ ſolis ſacerdotibus & inter ſacerdotes dũtaxat:ſicut & quos rituales libros reliquit:ex quibus il lis primũ Saga nomen fuit inditũ:ideſt ſacerdos & ſacri/ficolus & pontifex.

Docuit item illos aſtroꝝ curſus & diſtinxit annum ad curſum ſolis &.xii.menſes ad motum lunæ : qua ſcientia prædicebat illis ab initio quid in anno & cardinibus eius futuꝝ contingeret:ob quæ illũ exiſtimauerunt diuinæ na turæ eſſe participem:ac propterea illum Olybama & Ar/ſa ideſt cælũ & ſolem cognominauerunt:& illi plures ciui tates dedicauerunt.Nã & ad hæc tempora Scythæ Arme ni urbes habent Olybama & Arſa Ratha:& eiuſcemo/di.Cunqꝫ iuiſſet ad regendũ kitim:quam nunc Italiã no/minant:deſiderium ſui reliquit Armenis.ac ꝓpterea poſt mortẽ illum arbitrati ſunt in animam cæleſtiũ corpoꝝ & illi diuinos honores impenderunt.Et ob id ſolũ hæc duo regna Armenum quidẽ quia ibi cepit Italicum uero quia ibi finiuit & docuit & regnauit naturaliumqꝫ atqꝫ diuino/rũ quæ eos erudiuit libros pleniſſime illis conſcriptos reli quit:illum uenerantur ſimulqꝫ cognominant cælum:ſolẽ: chaos:ſemen mundi:patrẽqꝫ deoꝝ maioꝝ & minoꝝ: ani/mam mundi mouentem cælos & mixta: uegetabiliaqꝫ & animalia & hominẽ:deũ pacis:iuſticiæ: ſanctimoniæ ex/pellentẽ noxia & cuſtodientẽ bona.Et ob hoc illum utreqꝫ gentes ſignant in ſcriptis curſu ſolis & motu lunæ:& ſce/ptro dominii quo malos & noxios expellebat a cetu homi num:& caſtimonia corporis & ſanctimonia animi:duabꝰ clauibus religionis & felicitatis.Neqꝫ minus Tytheã quæ

mater omniũ erat. Aretiã ideſt terrã uocabãt: & Eſtã ideſt ignẽ poſt mortẽ cognominauerũt: quia ipſa regina ſacro/rum fuerat: & puellas docuerat ſempiternũ ignem ſacro/rum inextinctum ſeruare. Cæterũ Noa ante diſcederet ab Armenia docuit illos ſimplicem agriculturã: magis curãs religionẽ & mores q̃ opulentiã & delicias que ad illicita & libidines ꝓuocant & celeſtiũ iram nuper induxerãt. Pri/mus tamen omniũ inuenit uites atq; plantauit: & uinum cõficere docuit: cuius uim inexpertus & uaporẽ ebrius ef/fectus minus pudice in terram cecidit. Erat illi ut diximus filius ex tribus primis adoleſcentior Chem qui ſemper ma gice at uenefice ſtudens: Zoroaſt nomen cõſequutus erat. Is partem Noam odio habebat: quia alios ultimo geni/tos ardentius amabat: ſe uero deſpici uidebat: potiſſime ue ro idem infenſus erat patri ob uicia Itaq; nactus opportu/nitatem cũ Noa pater madidus iaceret illius uirilia com/prehendens taciteq; ſubmurmurans: carmine magico pa/tri illuſit: ſimul & illũ ſterilem ꝑinde atq; caſtratũ effecit: neq; deinceps Noa femellam aliquã fecundare potuit. Ob beneficium inuẽte uitis & uini dignatus eſt cognomẽto. Ia no qđ Arameis ſonat uitifer & uinifer. At uero Chem cũ publice corrũperet mortale genus aſſerens & re ipſa exe/quens congrediendũ eſſe ut ante inundationẽ: cũ matrib9 ſororibus: filiabus: maſculis: brutis: & quouis alio genere: ob hoc eietus a Iano piiſſimo & caſtimõia atq; pudicitia re fertiſſimo: ſortitus eſt cognomẽtũ Chem Eſenua ideſt Chẽ infamis & impudicus: incubus propagator. Eſt enim Eſen apud Scythas Arameos infamis & impudicus. Enuã uero tum impudicus. tum ꝓpagator. Eum inter homines hui9

dogmatis ſequuti fuerũt ægyptii: q ſibi illũ ſuũ Saturnũ inter deos adoleſcentiorẽ fecerunt & ciuitatẽ illi poſuerũt dictã Chẽ Myn: a qua ad hãc ætatẽ oẽs ciues illius appellamus Chem menitas. Verũ poſteri hoc uicioſum dogma neglexerũt: retento quod fuit primi moris: ut inter fratres & ſorores coniugum iniri poſſet.

Beroſi Babylonici de Antiquitatibus Liber Quartus

MVltiplicatum eſt in imenſum genus humanum: & ad comparandas nouas ſedes neceſſitas compellebat. Tum Ianus pater adhortatus eſt homines pricipes ad quærẽdas nouas ſedes & cõmunem cetum inter homines agendum: & edificandas urbes. Deſignauit itaq; illas tres partes orbis Aſiã Aphricam & Europã: ut ante diluuium uiderat. Singulis autem his principibus ſingulas partes ad quas irent partitus: ipſe ꝑ totũ orbem colonias ſe traductuꝝ pollicitꝰ eſt.

Itaq; Nymbrotum creauit Babyloniæ Saturnũ primũ ut ibi primum edificaret cum coloniis ſuis. Quare Nymbrotus aſſumpto filio Ioue Belo cũ coloniis furatus eſt rituales Iouis Sagi: & cũ populo uenit in cãpũ Sẽnaar ubi deſignauit urbem & fundauit maximã turrim anno ſalutis ab aquis. cxxxi. regnauitq; ibi annis. lvi. & deduxit turrim ad altitudinem & magnitudinem montium: in ſignũ atq; monumentum ꝙ primus in orbe terrarum eſt populꝰ Babylonicus & regnũ regnorũ dici debet. Ergo ab eo exordiemur: & per ipſum menſurabimus omnia regna: & eorum reges ac tempora: abbreuiãdo illa in hunc modum.

Anno. cxxxi. a ſalute ab aqs pria oium gẽtiũ & ciuita/

tũ fundata ẽ a Saturno Babylonico nr̃o:urbs & gens nr̃a Babylonica:multiplicataq; eſt nimis numero poſteritatis magiſq; ſtuduit paci & religioni Saturnus deoꝝ q̃ opulentiis. Et turrim quidẽ edificauit ſed non compleuit:nec deſignatã urbem fundauit:quia poſt quinquaginta ſex ãnos ſubito non comparuit tranſlatus a diis.

Ab exordio huius Ianus pater miſit in ægyptũ cũ coloniis Chem eſenuum:in Libiã uero & Cyrenem: Tritonẽ & in totam reliquã Africam Iapetum priſcum Atalaa. In Aſiam orientalem miſit Gangem cum aliquot ex filiis Comeri Galli. In Arabiam Felicem Sabum:cognomine Turiferum. Arabũ præfecit Arabiæ deſerte & Petreium:Petreie Canam poſuit a Damaſco uſq; in extima Paleſtine.

In europa regem Sarmatie fecit Tuyſconem a Tanai ad Rhenum:iunctiq; ſunt illi omnes filii Iſtri & Meſe cũ fratribus ſuis ab Adula monte uſq; ĩ Meſem beriam ponticam. Sub his tenuerunt Tyras:Archadius:Emathius. Italiam tenuit Comerus gallus. Samotus poſſedit Celtas: & Iubal occupauit Celtiberos.

Hii ſunt qui egreſſi ſunt poſt Nymbrotum: ſinguli cũ familiis & coloniis ſuis:relinquentes nomina ſua locis in ſignum expeditionis a Iano patre commiſſe:& ad monumentum poſteris ut ſcirent quis eorum fuerit conditor.

Hii iuxta mandatũ Iani coloniis turri conſtructa pro metropoli:ipſi in Veis & cauernis caſas habebant. Solus noſter Saturnꝰ iccirco exceſſit mandatum: Quia urbem urbiũ & regnũ regnoꝝ uoluit eſſe Babilloniã. Rurſus his tẽporibus Ianus cum omnes in colonias miſſi abiuiſſent:eos qui remanſerant bipartitus eſt. Nam ſecum

retinuit filios plurimos quos poſt ſalutē ab aquis genuit:
& item maximā gentium multitudinē quū ſecum in co/
lonias cōducturus erat. Scytha cū matre ſua Araxa & ali
quot coloniis qui Armeniā incolerēt: rex primus relictus
eſt cōſtituto ſummo pontifice Sabbatio Saga ab Arme/
nia uſq; in Bactrianos: que longitudo a nobis ad hāc æta/
tem uocatur Scythia Saga.

Poſtremus omniū ipſe Ianus ab Armenia per orbē co/
lonias ſeminaturus: egreſſus eſt. Hæc noſtri maiores mul
tis libris tradiderūt. Nunc de tēporibus eoꝝ ac poſterita/
tibus dicemus: iuxta id quod in nr̄a Chaldaica & primor
diali Scythica hiſtoria fideli memoria cōſeruatum eſt.

Beroſi Babylonici de Antiquitatibus Liber Quintus.

VT ſupradiximus āno a ſalute humani
generis ab aquis centeſimo trigeſimo
primo: cepit regnum Babylonicū: ſub
nr̄o Saturno: patre Iouis Beli: qui im/
perauit annis. lvi. Anno huius. x. Co/
merus gallus poſuit colonias ſuas ī re/
gno: quod poſt Italia dicta eſt. Et regionē ſuam a ſuo noīe
cognominauit: docuitq; illos legem & iuſticiam.

Anno eius. xii. Iubal condidit Celtiberos & paulo poſt
Samotes qui & Dis celtas colonias fundauit: neq; qſq̄ illa
ætate iſto ſapientior fuit: ac ꝓpterea Samotes dictus eſt.

Oceanus

Anno Nymbroti. xv. Occeanus ad Nynū Aegypti cōſe/
dit: & multos ex ſorore Tetyde edidit liberant. Inde ſup/
uenit ille corruptor hūani generis Chemeſenuus: ubi Thel
chines magicam docens: maxima opinione celebrabatur.

Anno. xviii. eiuſdē Babylonici regis. Gogus Sabeam

Arabiã Felicem cum Sabo ſuo patre puer tenuit:& Tryton Lybiã & Iapetus priſcus Atalaa Aphricã:Cur Aethiopiam:& Getulus Getuliam.

Anno eiuſdẽ.xxv.Thuyſcon Sarmatas maximos populos fundauit:& Meſa cũ filiis Iſtri priſcos Meſios poſuit:uſq; ponticam Meſembriam ab Adula monte.

Anno.xxxviii.eiuſdẽ regis Sage Armeni multiplicati poſſederunt oẽm Caſpiã regionẽ:ab Armenia uſq; in Bactrianos:& Ianus pr̃ Ianeos colonos trãſduxit ĩ Hircaniã & Ianilos in Meſopotamia uerſus mare ſub Babylonia.

Anno.xl.eiuſdem regis aliquot coloni ex filiis Comeri in Bactrianis ſibi ſedes quæſiuerunt. Et Ganges in India ſedem ſui nominis.

Anno.xlv.eiuſdẽ regis aliqui ex filiis Meſe ac Getuli iuncti ſimul primi Meſagetas in India ꝓpagauerũt. Eadem tempeſtate Saturnus rex Babyloniæ miſit principes coloniarum Aſſyrium Medum: Moſcũ & Magogum: qui regna cõdiderunt Aſſyrium: Medum & Magogum in Aſia:Moſcos uero & ĩ Aſia:ſimul & Europa. Anameon quoq; adoleſcentulus Meones a ſe dictos condidit: & regnauit centum quinquaginta annis. Saturnus

De Belo Ioue.

f Ecũdus rex Babyloniæ Iuppiter Belus filius dicti Saturni:regnauit annis.lxii.& fundamenta deſignata Babyloniæ:oppidi magiſq̃ urbis erexit. Pace fruebatur uſq; circa finem impii ſui. Iuppiter Belus

Anno.iii.huius:Comerus more Scythico unde uenerat docuit ſuos Italos urbẽ curribus cõponere. Et iccirco Vei appellati ſunt uocabulo Sago:qui Veias plauſtrum

appellant:& urbem ex his compoſitã ſi parua ſit Veitulã: ſi magna Vlurdũ:ſi metropolis Cy Ocholã ad hæc quoq; tẽpora Scythæ plauſtris & curru pro domibus utuntur. Et ſub ſolario quidẽ ſtabulum:ſupra uero habẽt officinas domus. Concludit & loca a ſe cognominata.

Tyras poſtquã Tyrum fundauit:cum principibus coloniarũ litora maris tenuit:fundauitq; Traces:Arcadius Arcadiam:Emathius Emathiam tenuit.

Anno.xlv. huius Beli Ianus pater poſuit colonias in Arabia felice & a ſuo nomine unas uocauit Noam & a cognomine Ianineas. Qui uero ex poſteritate Comeri erãt: Galli ab auito cognomine illos appellauit Gallos.

Anno.lvi. huius Beli Chemeſenus uenit in Italiam ad Comeros:& non comparente Comero:cepit colonias regere atq; corrumpere ſuis impietatibus & ſceleribus.

Ianus uero pater circa Arabiæ Felicis fluuium plures colonias relinquens & a ſe Ianineas cognominãs:in Africam ad Tritonem uenit.

Iuppiter Belus

Hac ætate Iuppiter Belus cepit libidine dominãdi torqueri. Et paulo ante Araxa cum filio Scytha:creato omnium gentiũ Sagarum rege Sabatio Saga atq; in Armenia relicto:ipſa occupauit omnẽ partem occidentalem ab Armenia uſq; in Sarmatiam Europæ.

Iuppiter Belus

Saturnus

Sagæ Caspiis

At uero Iuppiter Belus cum nõ poſſit alios ſubiugare niſi ſubacto & trucidato Sabatio Sagarũ rege:clam molitus eſt illum perimere. Cũq; Saturnus proſpiceret ſe nõ poſſe euadere:ꝙ innumeras inſidias ſibi parauerat Iuppiter Belus:clandeſtina fuga ſe tutabat in Sagis Caſpiis deliteſcendo. Cunq; naturæ concederet:iuſſit filio Nyno ut

Sabatiũ Sagam funditus deleret:& omnes populos Babylonico regno ſubiiceret:quia omnium in orbe primum fuiſſet. Quo accepto Sabatius deliteſcebat in Bactrianis Sagis:quouſq; cerneret tempus idoneum uel ad regnum uel ad fugam. Ita arma Iouis cõtra eum parata illum regno pepulerunt circa tempora Semiramidis.

Eodem tempore Triton reliquit filium Hãmonem regem Lybiæ: qui accepit coniugem Rheam ſororem Cameſenui Saturni Aegyptiorum. ſed tamen ex Almanthea adoleſcentula clam Rhea Dionyſium ſubſtulit:& in Nyſam urbem Arabiæ educandum miſit.

De Nyno:filio Beli.

TErtius rex Babyloniæ a noſtris ſcribitur Nynus: Iouis Beli filius:& regnauit annis .lii. Hic omnibus ſuis uiribus ſumptis armis pr̃is ſui Iouis Beli: omnibus bellum intulit: nulli pcens: & Sabatium ſagam ꝙ eſſet in omniũ deſiderio omni ſtudio ad interitum quæritabat. Quare etiam toto huius tempore exul apud ſuos delituit. Hic omniũ primus ex noſtris regibus Babylonicum regnum propagauit: & omnium primus templum Belo patri:& matri Iunoni: & Rheæ aue & ſtatuas in medio oppidi Babyloniæ erexit.

Anno huius Nyni .iiii. Tuyſcon Gygas Sarmatas legibus format apud Rhenũ. Idipſum agit Iubal apud celtiberos:& Samotes apud celtas. Ecõtra Cameſenus Saturnus Aegyptioꝝ Comaros Italos nitebat̃ corrũpere iuuãtibus illum cõuenis & aduenis quos ille pro Italiæ coloniis

cõduxerat:quos ipſi uocãt mõtanos Aborigines. At apud Lybiã lis orta ẽ inter Rheã & Hãmonẽ ob ſtuprũ admiſſum cũ Almanthia:quærebatq; Rhea ubi Dionyſius eſſet ut eũ perderet:& diu lis iſta rixaq; pſeuerauit. Anno Nyni .x. Ianus pater ex Africa in Celtiberos hiſpalos uenit:ubi duas colonias dimiſit a ſe dictas Noelas & Noeglas. His .n. etiã ãtea cognominibus cognominauerat uxores Iapeti & Chemeſenui. Nyni ãno .xix. ianus pater ueniẽs in Italiã cũ comperiſſet Cameſenuũ preter opinionẽ corrumpentẽ iuuentutẽ:tribus annis illũ æquo animo tulit. Deinde illi aliquot coloniis aſſignatis:eũ Italia excederẽ iubet. Ipſe oẽs colonias diuiſit. Etenim oẽs colonos Comaros corruptos & conuenas & aduenas:montana trans Ianiculũ amnem colere iubet: illiſq; filiam ſuã Cranam Helernã ideſt ſuffragio ab his electam & exaltatã reginã cũ ſceptro albã dat.

Nãq; duos filios ſuos nouiſſimos cum illoꝝ poſteritate Cranũ & Cranã Ianus cũ Comero miſerat:coaluerantq; in gentẽ atq; poſteritatẽ maximã quã noſtra ætate Ianigeneã uocant:cognominant autẽ Razenuam:ideſt ſacram propagatricẽ incumbamq;:cõtra impietatẽ Cameſenui. Itaq; ſuam poſteritatẽ ſeparatã ab Aboriginibus eſſe uoluit cis Ianiculũ amnẽ in planitie atq; maritimis. Cognominauit autem eam Razenuam ut & Cranum Razenum.

Interea cũ Italia diſceſſiſſet Cameſenuus:ad illũ Rhea uenit:& illi nupta ambo contra Hãmonẽ cum Titanibus pergunt:ibiq; bello cõmiſſo pellunt regno Hãmonẽ & in Cretã cogunt. Cum in Lybia Cameſenuus regnat:parit ex Rhea ſorore Oſirim:quẽ cognominauit Iouem.

Vigeſimo ſecundo anno Nyni Ianus in Thuſcia Iani-

culū in quod ætate Cameſenui cōdidit ſedem ſibi ꝑpetuā ſtatuit uſq; Arnum: ubi colonias poſitas uocauit Aryn Ia nas: ideſt a Iano exaltatas. Vetuloniæ iura dicebat & do/ cebat atq; regebat.

Anno Nyni. xliiii. Sabatius cū aduerteret nullo pacto ſibi licere uti regnis: creato Armenis Sagis rege filio Bar/ zane: inſarmaticū ponti litus conceſſit. Eadē tempeſtate. Dionyſius Hāmonis filius armis ſūptis Rheā & Cameſe/ nū regno paterno pellens: & ſecū Oſirim retinēs in filiūq; adoptans: eum a patre ſuo Hāmonē Iouē cognominauit uti a magiſtro Olympo olympicū eiq; totius ægypti re/ gnū tradidit. Eodē anno uirgo Palladon apud Tritonidē lacū infantula expoſita ab eodē Dionyſio Ioue Lybico ēt cognominato adoptata in filiam fuit quæ omnem militiā prima Lybicos docuit. Eodē tēpore Ianus pater ianigenas Razenuos docuit phyſicā: aſtronomiā: diuinatiōes: ritus: & rituales ſcripſit: & omnia literis mandauit: eiſdem uero nominibus & ueneratione diuina ſunt ꝓſequuti: quibus in Armenia Saga erāt uſi.

Anno. xlix. Nyni: celtiberos rexit Iberus filius Iubal: a quo Iberi nominati fuerunt. Nyni. li. anno apud Celtas regnauit Samotis filius Magus: a quo illis oppida pluri/ ma poſita ſunt. Vltimo āno Barzanes in Armēia a Nyno ſuperatur.

Q uarto loco regnauit apud Babyloniam uxor Nyni Aſcalonita Semiramis ānis. xlii. Hæc anteceſſit militia: triūphis: diuitiis: uictoriis & iṁpio omnes mortales: Ipſa hāc urbem maximam ex oppido fecit: ut magis dici poſ/ ſit illam ædificaſſe q̄ ampliaſſe. Nemo unq̄ huic feminæ

cōparādus eſt uiroꝝ:tāta in ei9uita dicunt & ſcribunt cū ad uitupationē:tū maxime ad collaudationē magnifica.

Huius primo anno oritur ex Rhea & Cameſenuo in Aegypto Iuno Aegyptia cognominata Iſis maxima frugifera:legifera:ſoror & uxor Oſiridis.

Eodem anno Sabatius Saga a pōto ſoluit in Italiā ad patrē Ianū quem exceptū hoſpitio poſt aliquot annos illū Coritum creauit:& Aboriginibus præfecit.

Anno.vi.Semiramidis apud Rheni Sarmatas regnauit fili9 Tuyſconis Mānus:& apud Ianigenas Razenuos Veſta uxor Iani ſempiternū ignem cuſtodiendum uirginibus puellis edoctis ſacra tradidit.

Anno.xii.Semiramidis:Sabati9Saba cū Iano regnat.

Anno.xvii.Semiramidis Sabatius Saga docet agriculturam & aliquantulum religionis.

Anno Semiramidis.xxii.Sabatius Sabū præfecit Sabinis & Aboriginib9:ipſe iuxta Ianiculū cū aliis Curetibus regionē coluit & ibi obiit. Anno.xxxiiii.eiuſdē apud Celtiberos regnat Iubalda fili9 Iberi:apud mōtē ſui nois.

Q uit9apđ Babylonios regnauit Zameis Nynias fili9 Semiramidis:ānis.xxxviii.In regno Babylonico hic paꝝ reſplēduit:ornauit tñ tēpla deoꝝ & Chaldæos ampliauit.

Eius āno priō cū Sabati9obiit:Ianus pr̄ ſeniſſim9 filiū ſuū Cranū coritū creauit:octauoq; poſt āno obiit expletis uitæ ſuæ ānis.cccl.& Ianigenæ illū Vortūnū appellātes: templū illi & diuinos hoīes:ut par erat impenderunt.

Hoc āno Oſiris inuētis a ſe & a ſorore adoleſcētula frumēto & frugib9:cepit docere illa i paleſtina:inde reuerſus in Aegyptū:& inuēto aratro & his quæ ad agriculturā p

tinẽt:ſenſim uniuerſum pagrauit orbẽ:docẽs quæcũq; in uenerat:& ita uniuerſo impauit orbi:exceptis gẽtib9 quæ iam in Babyloniorũ uenerant poteſtatem.

His tẽporibus regnauit apud Celtas Sarron:qui ut cõtineret ferociã hominũ tum recentũ:publica litterarũ ſtudia inſtituit & apud Tuyſcones Inghaeuon.

De.vi.Rege Aſſyriorum.

Sextus Babyloniæ rex Arius regnauit annis.xxx.qui adiecit impio oẽs Bactrianos. Nã paulo ante mortẽ Nyniæ Cameſenuus pulſus ab omni ferme orbe in Bactrianos ſeſe cõtulerat:& illos magico præſtigio ſibi deuinxerat:adeo ut apud illos maximis uiribus imparet. Coacto aũt Cameſenuus maximo populorũ exercitu inuaſit Aſſyrios:contra quẽ Nynus dimicans ſuperior fuit:& Cameſenuũ obtrũcauit:inde paulo poſt ipſe obiit. Quare Ari9 collecto exercitu:poſt patris Nyniæ obitum Bactrianos & omnes Caſpios ſubiecit.

Cran9 Ianigena ſororẽ ſuã mortuã cũ Ianigenis Razenuis ſuis & oib9 ſimul Aboriginib9 ſolẽni põpa celebrat: Et illi Lucũ iuxta Ianiculũ amnẽ ſolẽneſq; ritus & diem ſacrat:ipſe ſenex filium ſuum Aurunum Coritum creat.

Arii.xx.anno apud Celtiberos regnat Brygus:qui multa oppida ſuo nomini fundauit:adiectis nominibus capitum originum:quibus illa conſignabat.

Apud Lybiã regnauit priſcus Hyarbas:uir ferox armis & militia Paladue.

Anno .xxiiii. Arii apud Ianigenas Razenuos regnat Aurunus filius Crani.

Anno.xxix.apud Celtas Dryius peritie plenus.

De.vii.Rege Aſſyriorum.

Septimus Aſſyriis imperat Aralius ãnis.xl.uir iſte claruit ingenio & ſtudio militari:& primus adauxit pompas & gẽmas:& muliebres delitias.Apud Lybiã Hyarbas cũ Paladuis feminis belligerans:non fuit illis par.Quare donis occurrẽs ſe ac regnũ illaꝝ permiſit poteſtati.

Apud Tuyſcones regnabat Herminon uir ferox armis & apud Celtas Bardus:inuentione carminum & muſicæ apud illos inclytus.

Aralii anno.x.Armeni Ianigenæ Griphonii cum coloniis ſuis ad Aurunum Ianigenũ uenerũt: quos exceptos hoſpitio:etiã ſedẽ cũ Ianigenis Razenuis aſſignauit. Claſſe quoq; Auſon eodẽ tpe ab Auruno fuit except9 ãno.viii. ſequẽte & ſibi ſedes ĩ oriẽtali Italia ab eodẽ cõſignata fuit.

Idem Aurunus in Vetulonia lucũ ſacrauit crano: & inter Iſos ideſt deos ãnumerauit Iano quoq; Vortũno templum & ſtatuam non procul urbe dedicauit:& deo Razenuo in Vetulonia ſacellum condidit.

Nouiſſimis ãnis Aurũnus Malot Tagetẽ filiũ creauit Coritũ &.xxxv.Aralii ãno obiit & ſucceſſit Malot tages.

Anno penultimo Aralii claſſe uenit ad Malot Tagetẽ Ianigenum Razenuum phaetõ cum ſuis qui inueniens oĩa ab Auſoniis occupata ab oriẽte & mõtana a Gallis & Aboriginibus poſſeſſa:planiciem uero a Razenuis Ianigenis habitata:donatus fuit parte occidentali:poſſeditq; cũ ſua poſteritate mõtes & totũ Eridanũ ũſq; in regionẽ proximam Iſtis relinquens nomina locis.

Eo tempore Italia in trib9 locis arſit multis dieb9 circa Iſtros:Cymeos & Veſuuios uocataq; ſunt a Ianigenis illa

loca palenſana ideſt regio confragrata.

De.viii.rege Aſſyriorum.

Octauus rex Babyloniæ fuit Baleus cognomẽto Xerſes & regnauit ãnis.xxx. Hũc appellauerũt Xerſem ideſt uictorẽ & triumphatorẽ ꝙ imperauerit duplo plus gentibus q̃ Aralius. Erat enim militia ferox & fortunatus; & propagauit regnum uſq; prope Indos.

Huius Balei Xerſis tẽporibꝰ: regnat apud Celtiberos Tagus cognomẽto Orma: ex quo patria dicta fuit Taga: apud Tuyſcones regnat Marſus: & apud Lygures Phaetõ relicto filio Lygure: regreſſus eſt in Aethiopiã. Malot Tages ritus ſacros a Iano traditos & Aruſpitinam auxit.

De nono rege Aſſyriorꝫ.

Nouus rex Babyloniæ Armatritis ĩpauit ãnis.xxxviii. q magis ad uoluptates & delitias cõuerſus: ea quæ ad libidinẽ ſpectãt: cũ inuenit tũ maxime inuẽta ampliauit. Huius ætate apud Celtas Lõgho regnauit: & apud Celtiberos Betꝰ a quo regnũ habuit nomẽ & apud Ianigenas Sicanꝰ filiꝰ Malot tabetis: a quo cognõinata fuit Vetulõiæ regio.

Anno.xx. Armatritis Lygur miſit Cydnũ & Eridanũ cũ coloniis cũ fratribꝰ & nepotibus: & occupauerũt uſq; Iſtrum in italia.

Sicanus deificauit Aretiam: & nominauit eam lingua Ianigena Horchiam.

Oſiris in Tracia peremit gygantem Lygurgum.

Anno Armatritis.xxxii. apud Celtiberos tyrãnidẽ aſſũpſit Deabꝰ: q hoc cognomentũ ꝓmeruit a fodinis auri & diuitiis: q̃s primꝰ ibi cepit & ĩuenit opprimẽs colonias. Et poſt duos ãnos apud Celtas regnauit Bardus iunior.

De.x.Rege Aſſyriorum.

Decimus Aſſyriorꝝ rex imperat Belochus:ãnis.xxxv: qui iccirco a Belo ſumpſit cognomen: quia cum imperiũ uoluit exercere maximũ pontificiũ Beli Iouis:& maxime circa auſpicia & diuinationes occupatus fuit. Eius annis apud Tuyſcones regnauit Gambriuius:uir ferocis animi.

Apud Emathios cepit regnare Macedõ filius Oſiridis a quo nunc nomen retinet prouincia:atq; circa hoc regnũ Oſiris depreſſit gygãtes: qui iam tyrrannidem ceperant.

Vigeſimo nono huius Belochi anno:apud Celtiberos Lomnimi florebãt:& ædificaueret a ſuo noĩe urbẽ magnã Lomnimã. Anno aũt ſequente Itali oppreſſi a tyrrãnis gygãtibus in tribus palenſanis:aduocauerũt Oſirim: qui cum coloniis ad Iſtri uicinos fontes ꝑuenerat. Oſiris totã Italia potitus.x.annis illã tenuit & a ſe noĩauit ĩ triũphũ: & ſub dictione poſitis gygãtib9 regem Ianigenis reliquit Leſtrigonem gygantem: ſibi ex filio Neptumno nepote.

Anno.xxxiii.Belochi:rex Lucus regnare cepit apđ Celtas Nouiſſimis annis Belochi:tenuit mare Acticũ:& ebulliens inundauit Acticam.

De.xi.rege Aſſyriorum.

Vndecimus rex babylõiis fuit Bale9 ãnis.lii. Hic poſt Semiramidẽ ſupra cæteros enituit fama:ſplenduit ĩpio uſq; ĩtra Indiã. Libri multi de eius geſtis ſunt a nr̃is cõſcripti.Huius ãno.x.Porcus Cados Sene inſulã cõpleuit Vetulonicis coloniis partẽ relinquis poſteritati Lygures.

Hui9Balei tpib9Indi ſua obtulerũt Babyloniis.Oſiris in ægyptũ reuerſus colũnã quæ ꝑmanet inſcripſit ĩ monumẽtũ expeditõis ſuæ ꝑ totũ orbẽ. Apud tuyſcones regnat

Seu9 & apđ Celtas celte:a quo nomē hūerūt mōtes illoꝝ maximi a cōflagratōe ſiluaꝝ:q diuidit celtas & celtiberos

Typhon ægyptius:oib9 orbis gygātibus cōſciis:fratrē ſuū Oſiridē Iouē iuſtū ægyptiū pemit: & ipſe in ægypto aſſumit tyrānidē Buſiris in phenicia in phrygia uero alius Typhon in Lybia Anteus:in Celtiberia Lomnini:in Italia Leſtrigones & in toto mari Milinus Cretenſis.

Hercules Oſiridis filius:cui nomen eſt Lybi9.cū Iſide in ægypto ſubſtulit Typhonem in phenicia Buſiridem: aliū uero Typhonē in phrygia:Milinum in Creta:Anteū in Lybia Lomnimos in Celtiberia:a q̄ ſubſtituto illis rege Hiſpalo ad tyrrānos Italiæ cōuerſus ē.Cūq; ī Italiā p celtas trāſiret:pmiſſu patētū Galtea genuit illis galatē regē:

In Italia decē ānis debellauit &expulit Leſtrigōes poſt q;.xx.ānos apud illos pacifice regnauit:multaq; illis oppida a ſuo nomīe & a ſuo cognomine Muſarna ſicut Gedroſie & Carmanie fundauit:& loca aquis īpedita habitationi hominū cōmoda fecit. Anno itaq; Balei xli.orſus in Italia pugnā contra gygantes :biēnio añ illius obitū illos deleuit.Ita ab Hiſpalis Hercules uenit in Italiam:Leſtrigones & oēs tyrānos ſubſtulit.Arnos:Lybarnos: Muſarnos a ſe cognominatos condidit trigintaq; annis rexit:& accerſitum Tuſcum illis regem reliquit.

Tuscus. hic uidetur herculis filium fuiste. ut in se, quenti .i°. cap° apparet.

Altadas.xii.rex Babylōiis fuit:regnās ānis.xxxii. Hic interpoſuit tēpus ſuū delitiis exiſtimās uanū eē laborib9: & ſuæ uitæ miſeria cōtiua laborare.nō qdē alioꝝ hūaneq; gētis utilitate ac beneficio. ſed exitio ac ſeruitute: Iccirco ſuū inſtitutū fuit:ut uita diuitiis & gloria:aliena ſtulticia pōt miſeria a ſe & maiorib9ptis ſibi fueret qđ uiueret.

Huius Altadis tēpore Hercules filiū Tuſcū ex Araxa ſuſceptum ex Tanaide regiōe euocat. Galates: a quo Samothei galli dicti: eius ætate regnauit apud Celtas & Vandalus apud Tuyſcones

Hercules Tuſcū filiū Ianigenis creat Coritū ex more. Quo etiam illis rege relicto: ipſe ſenex admodum in Celtiberos reuertitur āno Altadis. xxxix. & regnauit ibi atq; obiit: cui Celtiberi tēplū ad illi9 Gades & ſepulchrū & diuinos honores tribuerūt: plurimaſq; illi9 triūpho & noi urbes dedicauerūt: ut Lybiſoſonā: Lybiſocā lybūcā lyborā.

Galatheū puerū ad Herculē miſſum in Siciliā cū coloniis miſit Tuſcus. Idē Tuſcus primus palatuam militiā & initiamenta Razenuos Ianigenas docuit.

De. xiii. Rege Aſſyrioꝝ.

Tertiuſdecimus Babiloniæ rex Mamitus: regnauit annis. xxx. Is rurſus milites exercuit & aſſue fecit laboribus & interpoſitis delitiis: unguētis & opobalſamis militiā & pugnas exequebat᷑: cepitq; formidini eſſe Syris & Aegyptiis. Huius anno. xxii. Alteus Tuſci filius regnat apud Iāigenas: & biēnio añ Heſpus frater Kitym apud Celtiberos: rurſus apđ celtas Harbō & apud Tuyſcōes Teutāes.

Quartuſdecimus rex Babiloniis impauit Mancaleus ānis. xxx. cuius anno primo apud Celtiberos: Kitym pulſo fratre Heſperō in Italiam: regnauit.

Duodecimo uero anno Mancalei apud Ianigenas regnat Kitym relicto in celtiberis rege filio Sycoro. Eiuſdē Mancalei temporibus apud Tuy ſcones regnat Hercules Alemānus. apud Celtas Lugdus: a quo prouincia & homines cognomenta ſumpſerunt.

Kitym ob mẽtis excellentiam Ianigenæ ſua lingua uo-cauerunt Italum Atalaa. Hic filiam ſuam Electram Iani-genorum principi Cambo blaſconi dedit cõiugẽ: qui pro nuptiis colonias miſit tranſalpes Italiæ proximas: & Ro-mam filiã ſuã Italus primo ſubreginã Aboriginib9 ſacrat. filiũ quoq; ſuũ Morgetẽ Italus Kitym creauit Coritum.

De. xv. Aſſyrioꝝ rege.

Quintuſdecimus Aſſyriis imperat Ssterus ãnis. xx. uir de cuius geſtis & prudẽtia omne uulgus perſonat. Huius temporibus Morges filius Itali creauit Coritum ſuum cognatum Cambo Blaſconem: & paulo poſt idem Corit9 manet itus. Apud Celtiberos regnat Sicanus filius Sicori poſt obitum Sferi ſub Mamelo.

De. xvi. rege Aſſyrioꝝ.

Sextuſdecimus rex Mamelus Babilloniis impat ãnis. xxx. cuius anno octauo Romaneſſos filius Romæ fit primus ſub regulus montanorum Aborigenum: & Sicanus regnat apud Celtiberos.

Apud Celtas Beligius a quo illi Beligici appellantur regnat: & apud Ianigẽas tãdẽ a patre Iaſi9 creat9 ẽ Coritus.

Iaſius creatus eſt Coritus & anno ſequente ſimul ceperunt duo reges uidelicet primus rex Athenienſiũ Cecrops priſcus: & Iaſius Ianigena apud Celtas.

In Iaſii nuptiis affuit Io ægyptia. Sola enim feminarũ uno plus Dodone centenario uixit & uniuerſum ferme orbem luſtrauit poſt uiri interitum.

De. xvii. rege Aſſyrioꝝ.

Decimus ſeptimus rex Babilloniorum fuit Sparetus: & regnauit annis. xl. Sub eo ceperunt miranda in orbe.

Nam terræmotus Babylonios terruit. Athenieſes regnum exorſi ſunt āno quarto eius. Et eodē anno Iaſius Ianigena imperauit Italicis:& Siceleus aliquāto poſt Celtiberis.

Sub Spareti imperio finierunt Aegyptii reges magni Orus:Acēcheres:Acoris:& cepit Chencres q cū Hebræis de Magica pugnauit:& ab eis ſubmerſus fuit.

Anno quoq; huius.xxxiii.&.xxxv.in Theſſalia dilu/uiū fuit:nō ſolum ex hymbribus:ſed q obturatis monti/bus caſu:flumina planiciē impleuerūt:& ſubſequuto ter/ræmotu apertis oſtiis montiū:aquæ in alueos regreſſæ:& in alia eorū parte poſt terræmotū ſequutum eſt incendiū ſub quodam illorū rege Phaetonte:& noſter rex Phenices & Syros ſubegit. Antea uero anno.xx.huius imperii ab Italia Io in Aegyptum regreditur. Et lis prima inteſtina oritur pro regno inter Dardanum & Iaſium.

Aborigines ſequebant̄ partes Dardani:Ianigenæ uero & Siculi cum Siceleo partes Iaſii.

De.xviii.Rege Aſſyriorum.

Decimuſoctauus rex præfuit Babyloniis Aſcatades an nis.xli.qui funditus omnē Syriam ditionis ſuæ fecit:cu/ius anno.xiii.uitis inuenta apud Græcos narratur. Sub eodem anno Dardanus Iaſium dolo peremit: & fugiēs in Samothraciam:diu ibi latuit.

Iaſio Coribantus filius ſucceſſit.

Aſcatadis anno octauo:Cācres uictus Hebræorū magi ca:periit in mari:cui apud Aegyptios ſucceſſit Acherres. Apud celtiberos Luſus:apud celtas allobrox:& apud ab/origines Italos Romaneſſus filius Romæ. Primus Satur nus cōſecratus mox obiit:cui ſucceſſit filius eius Picus priſcus;

Anno ultimo regis Aſcatadis:Ato donauit Dardanũ parte agri Meonici:& ita regnum Troianum cepit.Dardanus ſi qua iura ĩ Italiæ regno habebat:reſignauit Turrheno filio Atus.

Turrhenus adnauigans in Italiam Ianigenã:a Cybele & Coribanto tanq̃ ex Herculeis:hilari hoſpitio exceptus: & ciuilitate Razenua donatus eſt.

Ipſe Turrhenus multa Meonica ornaméta proferens: dedit Coribantus uero & Cybeles ordinata Dinaſtia duodecim ducũ duodecim populoꝝ qui eſſent ex Ianigenis: ipſi in Phrygiam ſe contulerunt.

Porro etiã ſub Aſcatade apud Aegyptios fuere reges Cherres & Armeus:q cognominatus eſt Danaus:& Rameſſes cognomẽto Aegyptus. Itaq; q reges & tẽpora traduntur a noſtris de primoribꝰ regnis orbis a Iani diluuio primo uſq; ad Dardaniæ regnũ cõditum:his noſtris breuiſſimis annotationibus ſint hactenus dicta.

Manethonis Hiſtorici:q poſt Beroſum ſcripſit:Liber.

BEroſus inter Chaldæos hiſtoricos probatior:deflorauit breuiſſimis annotationibus omnia Chaldaica: de potioribus regnis orbis:a diluuio maxĩo qđ eoꝝ maiores ſcribunt fuiſſe ante Nynum uſq; ad præcipuũ regnũ Troiæ conditum. Nos quoq; ubi ipſe reliquit proſequemur ea: quæ nobis ex noſtris hiſtoricis uel eorum relationibus cõſequuti ſumus:per noſtros Aegyptios reges progrediendo:ut ipſe egit ſub Aſſyriis.

Aegyptꝰ eiecto fratre Danao regnauit ãnis.lxviii.Ab

eo Aegyptus nomen accepit. Pharaones pro dignitate di/cebant. Anno huius q̄nto regnauit Amyntes annis. xlv.

Anno ſexto regnauit Dardanus annis. lxiiii.

Decimo anno Danaus Argis: annis. l.

Anno. xviii. hui9 regnauit Turrhen9 apud Ianigeneas annis. li. Anno. xxxiii. in Creta regnauit Aſterius.

Anno eiuſdē. xxxv. apud Celtas Romus: a quo Romā di & biēnio poſt apud Aborigines Faunus priſcus: Apud Atheniēſes Pandion. Anno. l. apud Aſſyrios Belochus iunior: & anno. lxvii. apud Aborigines imperabat Am/nus Faunigena.

Secundus poſt hunc Pharao Menophis imperat apud Aegyptios annis. xl. cuius ſecūdo anno apud Troianos re gnat Erictonius annis. xlvi. Tarquon priſcus apud Raze nuos Ianigenas: qui nunc dicuntur Turrheni & Tuſci ob Turrhenum & peritiam diuinoꝝ quæ a Iano didicerunt: regnat annis. xxi. Apud Celtas Paris: Apud Celtiberos Teſta Lybius Tryton.

Anno ſeptimo eiuſdē apud Aſſyrios regnat Belopares & Minos regnat in Creta. Anno uero decimonono Athe/nienſibus regnat Erictheus. Anno trigeſimo q̄nto eius apud Tuſcos annis quindecim regnat Abas: a quo poſiti ſunt abii Tuſci: & anno eiuſdē trigeſimo tertio Argis re/gnat Abas Argus.

Anno. xxx. Menophis Cadmus & Phenix a mari ru/bro ꝑfecti: apud Sydonē regnauerūt. Poſt ſeptēniū Cad/mus docuit rudem Græciam: & regnauit Thebis. Apud Aſſyrios regnauit Lamprides & ultimo eius anno Zetus & Amphion expulerunt Cadmum.

Poſt Menophim cepta eſt dynaſtia Larthũ ut in Italia quæ dynaſtia durauit annis ſolaribus.c.xciiii. Hoꝶ Larthum in Aegypto primus fuit Zetus:qui regnauit annis lv.cuius anno octauo in Dardania regnauit Tros:in Tuſcia uero anno huius.xxxiii.regnanit annis.xxxviii.Veibenus ex familia Veituloniæ.

Primo quoqꝫ anno Zeti regnauit apud Celtas Lemannus: &.xxxii.anno apud Aborigines: Mars Italus cognomento Ianus iunior. Anno eiuſdẽ.xxxv.apud Celtiberos Romus regnauit.

Secundus Larthes Aegyptius fuit Ranſes annis.lxvi.

Anno eius.xxiiii. Aſſyriis impat Pãnias. Eiuſdẽ anno .xxviii.Atheniẽſib9regnat Egeus.Cadmus Armoniã ſororem Iaſii Samotracis ducit uxorẽ.Olbius regnat apud Celtas.Anno.lx. Cadmus ex Zelotipia prime uxoris ob Armoniam diſcrimen certamenqꝫ patitur.

Eiuſdẽ anno.xxiii.Ceculus cognomtẽo Saturnus iunior regnat apud Aborigines: & tertio anno poſt apud Turrhenos regnat Oſcus:cuius inſigne fuit ſerpens. Hic ex Vetulonia multas colonias ſeminauit:apud quam erat oriundus magna familia.

Anno eius.xiii.Ilus regnauit apud Troianos.lii.ãnis: & Palatu9 apud Celtiberos:apud Celtas Galatas iunior:q uicit Sarmatas:& condidit Galatas Aſiæ.

Anno eiuſdẽ.xlvii.Picus iunior fit rex aboriginib9:& apud Tuſcos regnat Tarchon ſcd̃s annis.xliiii.poſt Picũ.

Anno penultĩo Raniſis apud Celtas regnauit Nãnes.

Tertius Larthes Aegypti9 Amenophis ãnis.xl.regnat & impat:cuius anno primo Laumedon impauit Troiæ.

Troiæ. Anno uero tertio Soſarmus regnat Aſſyriis: & Hercules Amphitrionis naſcitur anno.vi.uixitq; ãnis.lii. & periit igne: primus ex maximis pyrratis.

Anno Amenophis.xiiii.apud Aborigines regnat Faunus iunior: &.xxix.anno Tuſcis imperat Thyberinus ex familia Veia Vetuloniæ annis.xxxv.

Quartus Aegyptiis imperauit Ammenephos annis xxvii.cuius anno.iiii.apud Celtas regnat Rhemus a quo Rhemi. Anno nono eius apud Aſſyrios regnauit Tautanes: & anno decimoſexto apud Aborigines Latinus: apud Tuſcos autem regnat Mezentius.

Secutus eſt ultimus Larthes ſeptem annis: poſt quem ſecuta eſt Dinaſtia ſine Larthe annis centum ſeptuaginta ſeptem per quam numerabimus qui Babillonii: Aegyptii & Turrheni floruerunt. Anno dinaſtiæ Diapolitanorum primo Troia euerſa fuit: & anno tertio Aeneas uenit ad Italiam: ad Latinum & Euandrum: & Turrenos apud quos regnauit Tarchon iunior annis.xx.

Anno ſeptimo. Aſcanius Latinis imperat: ãno uero ſequente Teuteus Aſſyriis & poſt Francus Celtis ex Hectoris filiis: & anno eodem Lydi mare obtinuerunt.

Anno quadrageſimo ſecundo. Amazones templum Dianæ Epheſi ſuccenderunt: & anno quadrageſimo ſeptimo. Ocnus imperauit Italiæ annis.xlvi. uixit ãnis.xcvi. &.xlix. Siluius Latinis: & Tyneus Aſſyriis.

Anno.xlv.Dinaſtiæ regnauit Latinis Aeneas Silui9 & Aſſyriis Dercilus anno.xlvii.At.lxxii.Tuſcis imperat Pypinus annis quinquaginta duobus.

Anno.viii.regnat Latinis Silui9 Latin9: &.cxxi.Eupa

les Aſſyriis. Anno.clviii. Alba Latinis regnat: &.cxxviii. Nyci9 Feſulanus Tuſcis annis.xlvii. Anno.clxvi. Pyſeus Tuſcus pyrrata imperat Italiæ ãnis quinquaginta duob9 Ita paulatim Aſſyrii: Aegyptii: Turrheni delitiis eneruati decreſcunt: econtra latini creſcunt. Itaq; ſubiciemus breui loquium quo pacto reges Aſſyriorum: ægyptiorum cepe runt eneruari: econtra græcorum & latinorum Aborigi/ num, Apud enim Tuſcos Piſeo ſucceſſit Tuſcus iunior an nis.xxxix.huic Amnus annis.xxv.quem ſecutus eſt Fel/ ſinus annis triginta tribus. Hinc Bon annis uiginti octo Atrius uiginti ſeptem. Marſias decem & octo. Etalus tri/ ginta. Celius uiginti & uno. Ex latinis autem ſecuti ſunt per quos propagati Romani imperium tenent.

Decretum Deſiderii Regis Italiæ.

Reuocamus ſtatuta regis Aiſtulphi contra Vetulonos edita: ut lacus non Tyrenſium ſed Vetulonum ſit: quia la cus magnus Italiæ ideo italiæ dictus eſt: quia ager eorum prius eſt Italia: dicta ab ibi ſede Itali decreta. Et ut ſuam Longholã nõ Longobãrdulam ſed cognomine ſui amplia toris Turreni Terebum uocent. Et ut ſub uno muro cin/ gãt ſua tria oppida Longholam: Vetuloniam & Turrenã Volturnam dictã Etruriã: totãq; urbẽ noſtra adiectione. Viterbum pronuncient: ut Rhoda & Ciuita Balneoregiũ dici iuſſimus. Permittimus pecuniis ĩprimi Faul. ſed amo ueri Herculẽ & poni ſanctũ Laurẽtiũ eoꝝ patronũ: ſicut facit Roma & Bononia. Iubem9 quoq; repari Cort Nyen tã: Dardaniũ: Aſſiũ. Foranniũ: Cornyetũ & Tuſcanellũ.

Nos enim nõ ſumus Thuſciæ deſtructores ut nos apud Gallos accuſat Hadrianus papa. Nã in Thuſia ædificaui/

mus a fundamentis:uobis quidē Volturrenis: Caluellum Vicū horchianū:Balneariā:Barbaranū:& Gariofilū.Sentinatibus aūt Auſdonias:Roda:Coſanū.Volaterris Roda Comalum.Lunæ Sergianū & petrā ſanctā:olim fanū Feroniæ.Phocenſibus aūt ſanctos Geminianū & Miniatem.Feſulanis oppidū Munionis:in quod uagos & ſparſos Aryn Ianos & Palantes Fluentinos collegimus. Rurſus plures antiquas nobiles urbes ampliauimus & muris cinximus:& nunc id idem agimus circa Lucam:Piſtoriū Aretium:Orbitum & Etruriam nunc Viterbū:cuius nomen aut a nobis conſtituta decreta ſiquis uiolauerit: aut capite puniatur:aut laqueo ſtranguletur.Hoc itaq; non ē Etruriam deſtruere:ut nos arguit Hadrianus: qui pacem ultro a nobis oblatam reſpuit.

Quare tibi Grimoalde præfecto Viterbenſi præcipimus ut q̄diu dubia pax perſeuerat iubeas omnes Thuſciæ milites paratos eſſe in armis:& commeatus ac ſtipendia ſine auaritia fac in promptu habeas:ut non ſolum occurrere hoſtibus:ſed etiam illos inuadere.

Ciues non grauabis nouis exactionibus.
Ex Papia ueniet. Viterbenſes.

FINIS.

Hos Vetuſtiſſimos auctores Nuper repertos Impreſſit Bernardinus Venetus Anno a Natali Chriſtião.M.II.D.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO

LITERARY FORGERIES OF THE XVth CENTURY

[*ANNIUS, JOHANNES*]. Auctores vetustissimi nuper in lucem editi. Roman letter. 29 lines. 36 leaves. With fine ornamental woodcut initials. 4°. Boards. (Venice), Bernardinus de Vitalibus, 1498.

Gesamtkatalog 2016. Hain-Copinger 12527. B.M.C. V., p. 548. The texts contained in this book are forgeries of Johannes Annius (c. 1430-1502), an eminent humanist and theologian and "magister palatii" to Pope Alexander VI. The names of the supposed "auctores vetustissimi" of this collection are: Myrsilius, Cato, Archilochus, Metasthenes, Philo Judaeus, Xenophon, Sempronius, Fabius Pictor, Antoninus Pius, Berosus, Manetho, and Desiderius.

Very good copy.